CODEX DIPLOMATICUS

Aquensis.

EDITUS

a

CHRISTIANO QUIX,

Professore et Bibliothecario urbis.

TOM. I. PARS II.

Aquisgrani sumptibus Editoris. 1840.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

122.

J. n. s. c. i. t. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod fratres ecclesie rodensis soluunt dnis. canonicis bte. Marie aquis singulis annis in festo bti. Andree apostoli tres modios frumenti et tres modios siliginis aquen. mensure, de manso videlicet et dimidio, quem colunt ipsi fratres de Rode in Crumbach, et de dimidio manso, qui dicitur Heinrici, qui situs est super Anstela riuulum. jtemque de manso Meineri, qui contiguus est dimidio manso, Hanc conventionem Winricus decanus, Conradus custos ecclesie aquen. ceterique canonici in capitulo suo statuerunt, et Erponi abbati simulque fratribus de Rode concesserunt, cartulamque simul cum sigilli impressione munierunt. Acta sunt hec anno dnice. incarnationis M. C. XL. jnd. 3a.

123.

J. n. s. c. i. t. amen. Albertus dei gratia leod. Archidiaconus omnibus christi fidelibus tam praesentibus quam futuris in perpetuum. divinae non ambigitur gratissimum atque acceptabile esse voluntati, sanctaeque ecclesiae jnstitutis et religioni esse consentaneum, ut vniversi, qui pastoralis officij regimen et animarum curam susceperunt, commissorum sibi fidelium gregij quantacunque possint diligentia in domino prouideant ad salutem. huius autem piae solicitudinis non immemor frater Henricus Herstalliensis investitus parochianorum suorum de Wandre saluti in quodam casu graviter periclitanti, pie et laudabiliter consulere curavit. Cum enim sacerdos matricis ecclesiae in Herstallio deserviens mosae interfluentis inundatione saepius praepediente ad visitandum praedictos parochianos commediandi copiam non habens sicut pro bonorum virorum illius villae testimonio accepimus multoties acciderat aliquos sine extremae unctionis remedio et absque viatici beneficio decedere, praescriptus itaque Henricus ad consulendum tanto et tali animarum periculo divina inspirante clementia ductus, lachrijmisque et pia ac justa eorundem parochianorum petitione evictus nostro et decani nostri et aquensis ecclesiae consilio et auctoritate nostra hanc eis propter Deum indulsit misericordiam, ut ipsi ad capellam suam proprium sacerdotem habeant in perpetuum, qui eis in loco suo omne christianitatis solatium, sepulturae videlicet, visitationis et inunctionis beneficium impendat, excepto baptismate parvulorum, quod à matre ecclesia requirent et percipient. Haec autem dispensatio inducta est salvo jure ipsius matricis ecclesiae per omnia, ipsi enim decimationes suas sicut prius, et jura sinodalia et luminale et matricalario jus suum reddere et ad sijnodum illuc convenire tenebuntur, sed ad missarum celebrationes nec etiam in praecipuis anni solemnitatibus, nisi propria voluntate suam matricem ecclesiam honorare voluerint, nullatenus de jure compellentur venire ad dictam matricem ecclesiam. de vetero tria terrae bonaria de dote praefatae capellae, pro quorum proventibus quarta pars, ad ipsum jnvestitum pertinebat, et oblationes et elemosinas et caetera beneficia tam in praediis quam in censu, quae boni et devoti parochiani eidem capellae propter deum contulerint, vel in perpetuum deo annuente conferent, sacerdos ibidem deserviens pro liberi praedicti Henrici investiti concessione et donatione in perpetuum habebit, sed inde ad matrem ecclesiam de duobus solidis et sex denarijs respiciet, quorum mediam partem in noctali domini, reliquam vero in paschali ipsi investito

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

persolvet. De ipsa quidem sacerdotis institutione sic ordinatum est, quod ipse assensu parochianorum, qui sanioris erunt consilij per manum investiti ad ipsum archidiaconum perducetur, et ab ipso instituetur, eique reverentiam et obedientiam debebit, et concilia et capitula more aliorum fratrum frequentabit. ut autem hujus piae et justae dispensationis modus in perpetuum inconvulsus illibatusque permaneat, ipsum praesenti paginae commendari, nostrique sigilli auctoritate communiri fecimus et corroborari. Hujus vero rei testes sunt quo auctore hoc gestum est: ipse Henricus Herstalliensis jnvestitus, magister Wexberthus, Hermannus aquensis canonicus, Lambertus Beelhve decanus, Giselbertus persona de auroto, Guido de Sprimont, Warnerus de Vervier, Nicolaus de Textis, Garsilius de Ricken et vniversi investiti et fratres capituli de sancto Remaclo, qui est ante Cornelium montem, praeterea proprij de domo mea clerici caesarius praesbijter, Walterus ecclesiae sti. Dionisij canonicus, Lanzo, Zacheus, franco, magister Julianus, qui eandem paginam manu paravit propria, fideles quoque laici, Alexander, Anna uxor sua, Albertus filius ejus, Joannes Belva, Henricus de Ruinal, Libonius, Alexander, comes Lambertus, Harthay, Lambertus Mulhier et alij complures. Actum est hoc anno dominice incarnationis M. C. LXXX. VI. jnd. 4a. Jmperante Frederico jmperatore invictissimo, filio ejus Rege Henrico regnante. Rodolpho Leodij praesulante, in nomine domini nostri jesu christi, cui laus est et gloria in saecula saeculorum. amen.

Concordat cum copia prostrante in Registro pastorali Herstalliensis anni 1585. quod attestor Mat. Wadeleux parochus Herstall. Par copie conforme a celle reposante aux archives du conseil privé de sa sme. Eminence ce que jatteste. Arnold Licops notaire admis et immllé. de Liége. Concordat cum sua copia mihi praeostensa quod attestor J. F. Wesender, Rmi. capituli Regalis Eccl. B. M. V. aquisgr. secret.

124.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Henricus dux de Lemberg ob amorem dei et reverentiam gloriose semperque virginis ipsius genetricis marie pro remedio anime mee et omnium antecessorum meorum omnem iniuriosam exactionem, quam faciebam in hominibus maioris ecclesie aquen. in banno Harne exfestucaui et penitus dimisi, volens quod nec ego, nec aliquis heredum meorum in illis hominibus talia de cetero sibi vindicet, vel ius in eis sibi dicat. Quod autem hoc factum ratum de cetero maneat et inconuulsum presentem cartulam inde scribi et sigillo dni. Regis Philippi ac nostro fecimus sigillari. Testes huius rei sunt decanus aquen. Winandus.. Sibodo vicedecanus. Stephanus, Heinricus cantor. et alij quam plures. milites. Waleramus, filius ipsius ducis. Tiricus de scinne, Godefridus burchgravius de Rode, Winandus de Luimirs. Gerardus aquen. Reinardus et Franco de mirica. Radolfus de malone. Hermannus aduocatus de Harue, Harlinus dapifer dni. ducis. Bonifacius de viuario. et alij quam plures. Acta sunt hec anno incarnati verbi M. CC. VIII. ind. XI. presidente Romane ecclesie Jnnocentio tercio papa. Hugone episcopo Leod. ac regnante feliciter Philippo Roman. Rege.

Appendent ex filis sericis sigilla Regis et Ducis in cera alba.

125.

J. n. s. e. i. t. Conradus dei gratia maior in colonia decanus et archidijaconus, et Rutcherus., Abbas de Rode, omnibus cristi fidelibus imperpetuum. Cum esset controversia inter monasterium sti. Martini in colonia et ecclesiam bte. Marie aquen. super decima curtis, quam habet idem monasterium in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Winninghen, post multos labores et expensas procuratores dictarum domorum habentes speciale mandatum tam componendi quam litigandi. Tandem in nos, qui judices eramus ex parte dni. pape compromiserunt, ita quod utraque pars narrationem facti secundum opinionem suam, bona fide nobis scribere deberet, et quicquid nos utriusque partis narratione et attestationibus alijsque instrumentis inspectis statueremus sive componendo, sive diffiniendo, sive quodlibet aliud ordinando, ipsi procuratores, et dicte domus ratum haberent appellatione remota. Cumque factum ipsorum procuratorum domibus pretaxatis significatum fuisset, factum ipsorum ratum et gratum habentes. et per litteras suas hoc nobis significantes narrationes facti secundum formam premissam in scriptis per eosdem procuratores nobis transmiserunt ad habundantem eciam cautelam utraque pars, quod sicut dictum est, per omnia nostre staret ordinationi fide data promisit sub pena LX. marcarum colonien. monete per stipulationem promissarum, et sub periculo tocius cause et sub pena excommunicationis. Nos igitur instrumentis, narrationibus partium diligenter inspectis de consilio prudentium virorum sic arbitrati sumus, quod monasterium sti. Martini ecclesie aquen. soluat imperpetuum singulis annis duas carratas vini de vineis curtis in Winninghen, de quibus hactenus solvebant novem amas, de terris vero cultis eiusdem curtis, de quibus aquen. ecclesia similiter ex eis decimas, accipiat, de terris eciam cultis eiusdem curtis, de quibus monasterium sti. Martini hactenus accepit decimas, si eisdem plantate fuerint vinee monasterium sti. Martini similiter ex eis decimas accipiat. Publicato autem arbitrio nostro utraque pars illud ratum habuit et processum nostrum inscriptum redigi petiuit. Ne igitur hec nostra ordinatio in dubium denotari possit in posterum hanc paginam conscribi et sigillis notris fecimus communiri. Acta sunt hec ano dnice. incarnationis millesimo ducentesimo XII. apud stum. Petrum in colonia. octava jdus Februarij presidentibus magitro Oliuero et Gozuino denuuo sti. Petri canonicis et divorum apostolorum canonicis, magistro Gerardo et Ulrico canonicis aquen. magistro Elia. sibodone et Theoderico canonico ste. Marie maioris et Abbate sti. Martini Brunone et fratribus suis Giselberto et Vorklino.

126.

In nomine. patris. et. filii. et. spiritus. sancti. Fridericus. diuina. fauente. clementia. Romanorum. Rex semper. Augustus. et Rex Sicilie. || Regalem decet sublimitatem paci et tranquillitati omnium intendere. et sua unicuique iura in statu solido conseruare. Vnde sicut equitas iusticie et regni auctoritas nos ammonent. quieti fidelium nostrorum. et iusticie toto nisu uolumus prouidere. Et quum aquisgranum ubi primo romanorum reges initiantur et coronantur omnes prouincias post romam et ciuitates dignitatis et honoris prerogatiua precellit. congruum et rationabile est. ut exemplo doni. et sancti Karoli aliorumque predecessorum et progenitorum nostrorum eundem locum et omnes inhabitantes. regalis defensionis et nostre clementie priuilegiis libertatis et bonarum consuetudinum confirmatione quasi muro et turribus muniamus. Verum quum ab humana facilius elabuntur memoria. que nec scripto nec testibus eternantur. Sciant uniuersi presentes et posteri quod nos fidelium nostrorum ciuium aquensium precibus annuentes. omnem iusticiam et libertatem, quam gloriosus predecessor noster Karolus magnus romanorum imperator augustus eis pre ceteris dedit. et omnia que auus et pater noster Fridericus et Heinricus serenissimi romanorum imperatores aliique predecessores nostri contulerunt eis confirmamus. et lege in perpetuum ualitura roboramus. scilicet ut non solum clerici et laici loci huius indigene. sed et omnes incole et aduene hic inhabitare uolentes presentes et futuri sub tuta et libera lege ab omni seruili condicione liberi uitam agant. ac omnes pariter ex auis et attauis ad hanc sedem pertinentes licet alibi moram facientes ab hac lege a nullo successore nostro uel ab aliquo machinatore legumque subuersore infringantur. nunquam de manu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

regis uel imperatoris alicui persone nobili uel ignobili in beneficio tradantur. Suas etiam negotiationes per omne romanum imperium ab omni exactione thelonii. pedagii. curadie. vectigalis. seu quocumque nomine uocetur liberi. et absque omni impedimento libere exerceant sicut fecerunt temporibus antecessorum et progenitorum nostrorum. Nullus iudex a nobis uel ab aliquo successore nostro aquis constitutus nostra uel sua auctoritate uel alicuius successoris nostri regis uel imperatoris talliam uel precariam in predictos ciues aquenses faciat. nec eos ad aliquid dandum. regi uel imperatori compellat nisi quantum ipsi uoluerint facere de bona uoluntate. iniustam etiam et illicitam consuetudinem quam iudices quandoque solebant accipere a uenditoribus panis et ceruisie in grauamen tocius ciuitatis. penitus amouemus. Renouamus etiam eis et confirmamus ut nullus prenotatos cives nostros aquenses ad aliquod seruitium ultra progredi compellat. quam ut ipso die clara luce de domibus suis exierint cum splendore solis redire possint. Inhibemus etiam ne aliquis iudex aquensis a nobis uel ab aliquo successore nostro constitutus in grauamen alicuius ciuis procedat nisi prout ei dictauerit sententia scabinorum. ut in nullo predictorum fidelium nostrorum libertas mutiletur. Et ut hoc factum nostrum ratum et inconuulsum permaneat et totius perhennitatis robur obtineat presentem cartam conscribi et aurea bulla nostra fecimus insigniri. Huius rei testes sunt. Sifridus moguntinus archiepiscopus. Theodericus treuerensis archiepiscopus. Hugo leodiensis episcopus. Eckebertus bauenbergensis episcopus. Gerardus osenburgensis episcopus. Heinricus argentinensis episcopus. Johannes cameracensis episcopus. Cono elewacensis abbas. Cesarius prumiensis abbas. Florentius indensis abbas. Lodewicus comes palatinus rheni et dux bauwarie. Heinricus lothoringie. Otto dux meranie et palatinus comes burgundie. Heinricus dux lenburgensis. Walleramus comes de lutcelenburc. Heinricus comes barrensis. Willelmus comes iuliacensis. Adolfus comes de montibus. Lodewicus comes de lon. Gerardus comes de gelre. Albertus comes de euerstein. Lodewicus comes de Wirtenbere. Hugo comes de tuingen. Gerardus comes de dites. Anselmus marescalcus de iustingen. Warnerus dapifer de bonlandia. Philippus frater eius. Walterus pincerna de Scippe, Seuridus marscalcus et alii quam plures.

Signum. Domini. Friderici. Secundi. Romanorum. Regis. inuictissimi. et. Regis. Sicilie. Acta sunt hec anno ab incarnatione dni. M. CC. XV. indictione tercia. Regnante dno. Friderico secundo romanorum et sicilie rege gloriosissimo anno regni eius tercio. Datum in sollemni curia aquisgrani quarto Kal. augusti.

Siegel in Gold an roth- und grün- seidenen Fäden.

127.

Engelbertus dei gratia ste. colon. ecclesie minister, vniuersis fidem tenentibus orthodoxam tam presentis quam eterne beatitudinis salutem. Quandoquidem inter ea, que de fonte Karitatis emanant pietatis opera et maxime deo dicatis locis impensa pater misericordiarum et in evangelio pro ceteris commendat, et misericordius in eterne retributionis mercede coronat, eapropter diuina cooperante elementia presentis cui et pro futuris omnibus in christo renatis, huius pagine monimento esse volumus manifestum, quod duas ecclesias de Haristallio videlicet et de Bergh. scilicet Laurentij. Dum adhuc prepositure aquen. plena possessione et pacifica gaudemus in communes usus refectorii fratrum in eadem ecclesia dno. et bte. virgini matri eius in canonicis horis iugi ministerio famulantium contulimus perpetuo convertendas. Vt igitur hec nostra donatio perpetue stabilitatis munimen obtineat, et robore inconcusse firmitatis solidetur auctoritate regie maiestatis, qua tunc ex legatione doni. Friderici inuicti Roman. Regis nobis iniuncta, fungebamur, eandem donationem duximus confirmare, et ne obliuiosa vetustas in dubium revocaret, quod certum haberi suadebat utilitas et conscribi, quod gestum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

est et conscriptum sigilli nostri impressione muniri consulte visum est, expedire. Acta sunt hec anno ab incarnatione dni. millesimo ducentesimo decimo octavo.

Pro copia collationata etc. Guillielmus Pin Not. pls. manu ppria in fidem.

128.

Fridericus divina fauente clementia Roman. Rex semper augustus et Rex sicilie omnibus christi fidelibus imperpetuum Ea que cultui divino animarum saluti et ecclesiarum profitui perspicimus provenire, quanto nos divina clementia pre ceteris in arce temporalis dignitatis excellentius sublimavit, tanto propensius tenemur ampliare. Considerantes igitur ecclesiam aquen. cui inter alias ecclesias speciali tenemur dampnificari non modicum ex eo, quod decime vinearum in Sintzge eidem ecclesie attinentes hactenus minus debite sunt solute, eoquod quilibet pro motu sue voluntatis infra vineas decimas ecclesie debitas, vel minus plene dabat, vel omnino subtrahebat, consuetudinem, que in ecclesie dampnum et animarum evidens vergit detrimentum, volentes penitus deponere. statuimus et sub obtentu gratie nostre firmiter precipimus, ut quilibet decimam solutis in locis, qui Heggen vulgariter nuncupantur, ubi portiones suas ad dolea sua deferunt ibi, decimas ecclesie fideliter cum integritate persolvant, ad quod et alii qui per jumenta vel alio modo portiones suas deferunt teneantur etiam astricti. Vt autem hec nostra constitutio rata et inconvulsa permaneat, presentem cartam inde conscriptam sigilli nostri impressione fecimus communiri. Datum apud Frankenvort anno dni. millesimo ducentesimo XX. XIII. Kl. maij.

129.

Fridericus divina fauente clementia Roman. Rex semper augustus et Rex Sicilie — Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod cum prepositus aquen., quicunque fuit, hactenus pro tempore ad fenestrarum ecclesie aquen. reparationem, ad librorum, qui usu deperirent, innovationem, ad conservationem omnimodam officinarum de sue prepositure proventibus teneretur, et ex negligentia prepositi et suorum contigerit pluries ecclesiam in officinis suis gravem sustinere iacturam. Nos eiusdem ecclesie desiderantes indemnitatem cavere et utilitati prospicere, de consensu fidelis nostri Ottonis prepositi et capituli aquen. statuimus, ut ad instaurationem trunci ante Paravisum locati, quamdiu capsa ad laudem bte. virginis fabricatur, percipiat, qua perfecta medietas preposito, reliqua vero medietas ecclesie cedat exintegro. Quodsi forte oblationes respectu eius valoris, cuius nunc sunt, adeo contingat minorari, ut eadem prenominata medietas non sufficiet, dictus prepositus vel eius successor oblationi, que pro tempore proveniet, de suo tantum adjiciat, ut ecclesia secundum deum conservetur indemnis. Vt igitur hec nostra constitutio et inconvulsa permaneat et rata presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri impressione fecimus communiri. Datum apud Frankenfort anno dni. 1220. 13. Kal. januarii.

130.

Otto dei gratia aquen. ecclesie prepositus universis hanc paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam ea, que locis religiosis divini cultus respectu in subsidium deo militantium iuste et rationabiliter collata sunt, irrefragabili decet soliditate consistere universorum notitie presenti scripto declarandum duximus. Quod nos concessiones a predecessore nostro dno. Engelberto venerabili colon. archiepiscopo tunc aquen. preposito utilitati et usibus fratrum aquen. ecclesie pro defectus sui multiplicis recompensatione super

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ecclesiis in Berge et Haristallio factas accedente assensu et benevolentia dni. nostri Frederici jmperatoris invictissimi privilegii sui roboratione declarata ratas gerimus et gratas. jus patronatus, quod in predictis ecclesiis predecessores nostri hactenus habuisse dinoscuntur. et super quo inter nos ad eundem conventum postmodum suborta est questio, ecclesie sepefate confirmantes. Et ut hec concessio ac subsequens nostra confirmatio futuri temporis perpetue robur firmitatis obtineat, hanc kartam exinde conscribi et sigilli nostri munimine fecimus insigniri. Acta sunt hec anno dnice. incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo primo.

Pro copia collationata et verbotenus cum suo vero sigillato et in pergaméno conscripto concordate originali. Guilielmus Pin not. pls.

131.

J. n. s. e. i. t. Omnibus tam presentis quam futuri temporis fidelibus huius scripti serie innotescat, quod propter varias disceptationes, quas evitare nullo ante tempora nostra studio contingebat inter ecclesiam aquen. et eiusdem ecclesie prepositum super horum trium dierum oblationibus. scilicet divisionis apostolorum et sequentis diei nec non et dedicationis ipsius ecclesie, quas pro salute animarum suarum populus fidelium illic deinferre consuevit sic divina ordinatione inter prefatos ecclesiam et prepositum, tandem convenit, quod dictorum dierum oblationes cum integritate sine omni diminutione in partem prepositi cedent, nec sacerdos, qui eisdem diebus divina celebraret, vel ministri altaris alias aliquibus ipsas oblationes hinc inde erogarent, quod si in proprios suos usus cedere debuissent, prepositus autem infra quartum diem a die eiusdem dedicationis V. marcas colon. exinde restituet, quarum viginti sex solidi cedent in usus decani loci, quatuor solidi in usus sacerdotis ebdomadarij, residui XXX. solidi dividentur dijaconis et subdijaconis canonicis presentibus, ita quod mediam eorum dijaconi, aliam mediam subdijaconi equa portione percipient. Acta anno dnice. incarnationis millesimo ducentesimo XXI. in capitulo aquen. hoc scriptum. Ego Wilhelmus aquen. ecclesie prepositus in signum firmitatis sigillo nostro volui communiri.

132.

Heinricus septimus Roman. Rex et semper augustus omnibus orthodoxe fidei imperpetuum presentis cui et postfuturis cristi fidelibus volumus innoscere, quod cum Tiricus Dunrestein de Sintzge decimas seu alia bona, que ecclesia aquen. ex felicis recordationis antecessorum nostrorum Roman. imperatorum munificentia sive aliorum largitione in villa predicti loci habere dinoscitur in perpetuum pactum vindicare, tandem errorem suum recognoscens ad veritatis viam reversus omni actioni, quam sibi dicto pacto competere dicebat vel habere videbatur; coram venerabili ac fideli principe nostro Engelberto colon. archiepiscopo et quam pluribus aliis prona et libera voluntate pro se et successoribus suis renuncians, nichil juris in eis se habere publice recognovit, tali inter ipsam ecclesiam et dictum militem mediante prelibato principe nostro compositione in abolitionem antique discordie firmata, quatinus sepefactus miles hominum ecclesie faceret fidelitate jurciurando repromissa, quod et fecit. jn cuius facti recognitionem ecclesia vineas IIII. jurnalium sitas prope viam, que dicta Bribethe, in feodum decima sibi retenta dedit eidem ea conditione acceptata, quod si sine prole decesserit, idem quatuor jurnales sine questione in ius ecclesie revolvantur, et quod is sicut pretaxatum est, omnia irrevocabiliter observaret,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

obligatis fideiussoribus se astrinxit, hac nichilominus pena adiecta, quod si ipse vel successores sui contravenirent, non solum a feodo quatuor jurnalium predictorum, verum eciam totali causa ipso jure intelligeretur cecidisse. Testes Conradus maior prepositus ecclesie colonien. Otto prepositus aquen. Heinricus prepositus Karpaniensis, Hermannus decanus Bunnensis, Godefridus, Sibodo canonici aquen. Heinricus comes de Seijne, Heinricus de jzemboich, Gerlacus de Comerne, Rorzemannus de Kempeing.. johannes Burggravius de Hamerstein.. johannes Burggravius de Rinecke, Gerardus de Sintz.e.. Godefridus advocatus de Asse, et alii quam plures. Et ut hec rata et inconcussa permaneant sigilli nostri munimine in robur perpetue firmitatis fecimus confirmari. Acta sunt hec anno dni. millesimo ducentesimo. XXII. V. Kl. maij. aquisgrani.

133.

Heinricus dei gratia Roman. Rex et semper augustus, fidelibus suis S. decano bte. Marie et W . . . advocato aquen. gratiam suam. et omne bonum. Quia specialiter ad nos pertinet, quod ecclesias nostras et imperii in iure suo et pace tranquilla debemus conservare, mandamus vobis et sub ea fidelitate, qua nobis tenemini, firmiter precipimus, quatenus ex parte nostra moneatis et inducatis comitem juliacen. ut deponat et emendat dampnas et grauamina, que homines sui pincerna et dapifer vel aliquis alius pro ipso ex parte sua ecclesie sti. Adalberti de aquis, que ad nos specialiter pertinet, in bonis suis apud Bastwilre inferunt, vel actenus intulerunt, et eandem ecclesiam faciatis bona sua eadem et alibi sine aliquo impedimento dicti comitis, vel suorum integre percipere, et in pace possidere. Etsi comes de aliquo iure confidit, hoc in presentia comitis et canonicorum bti. Alberti auctoritate nostra cognoscetis et iuste vel amicabiliter determinetis. Sub eadem etiam fidelitate vobis districte precipimus, ut virum nobilem Walramum de Munjoie ex parte nostra efficaciter inducatis, quatenus ipse deponat et emendet gravem et inauditam iniuriam, quam predicta ecclesia nostra bti. Alberti sustinet in bonis suis apud Olne et Sorun per Ludewicum et Theodericum monachum, quorum uterque se facit advocatum, cum nullus ibi possit vel debeat esse advocatus, nisi solus liber homo videlicet Theodoricus de Hoffalis, secundum privilegia ecclesie predicte et principum imperij sententiam. Vnde volumus precise, ut efficaciter laboretis, quatenus idem Walramus tantam iniuriam et inauditam omnino deponat ex parte fratris sui ducis de Limburg, ad quem iurisdictio communitatis terre illud dignoscitur pertinere. Datum apud. .. 10. Kl. Maii.

134.

J. n. s. c. i. t. Conradus dei gratia maior in colonia prepositus et archidijaconus. Ea, que per nos iuste aguntur, ne processu temporum in oblivionem deveniant, aut per malitiam aliquorum siue petentium valeant irritari, scripsi memorie duximus commendare. Quapropter notum facimus vniversis presentibus et futuris, quod cum ecclesia de Lendersdorp, quam Gerardus de Sleiden tenuit, vacaret, Sibodo prepositus ecclesie sti. Adalberti de aquis. ad quem ius patronatus eiusdem ecclesie tum pertinebat, Godefridum prepositum ecclesie monasteriensis in Eifflia ex sua electione ad eandem ecclesiam pastorem nobis presentavit. Nos vero ex multorum assertione et testimonio, qui presentes aderant, ius patronatus eiusdem ecclesie ipsi Sibodoni preposito recognoscentes, eundem Godefridum ad presentationem ipsius et nullius alterius dono altaris dicte ecclesie investivimus, et in eius misimus possessionem. Huic facto interfuerunt Theodericus prepositus sti. Andree. Rabodo decanus eiusdem ecclesie, Lambertus cellerarius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Gerardus de Lutzheim, Conradus de Rennenberg, canonici s. Petri in colonia. Sibodo canonicus aquens. Henricus sacerdos. Henricus subdiaconus. capelli maioris prepositi colonien. et alii quam plures. ad cuius rei certam evidentiam presentem cartam inde conscriptam sigillo nostro communivimus. Datum colonie anno dnice. incarnat. 1222. octavo jdus julij.

(Appendebat sigillum in viridi cera ex filis serecis rubri coloris.)

135.

C. . . . . dei gratia Mettensis et Spirensis episcopus, jmperialis aule cancellarius et totius italie legatus. Vniuersis, ad quos hoc scriptum peruenerit salutem in dno. Quoniam ad nostre dignitatis specialiter pertinet officium, quod honestas jmperij consuetudines ecclesiis suis hactenus seruatas, ne ex processu temporum in obliuionem deueniant, aut ab aliquo infringantur, posterorum memorie per scriptum nostrum transmittamus, notum facimus vniuersis et scripto presenti declaramus, quod cum Rex Roman. in sede regia intronizandus aquisgrani coronatur, capitulum bte. Marie duas carratas, et capitulum sti. Adalberti unam carratam vini, quia simul eius receptioni interesse debent de sua munificentia ex antiqua consuetudine debent percipere, ecclesia vero bte. Marie uestes regias, in quibus consecratur, ut ad seruitium dei preparantur, habere consueuit. Vt igitur hec inuiolabiliter obseruentur, presens inde scriptum sigillo nostro communimus. Datum Aquisgrani anno millesimo CC. XXII. Kl. junij.

136.

J. n. s. c. i. t. amen. Henricus dux Lotharingie omnibus hoc scriptum videntibus in perpetuum. Noverint universi, quod cum questio verteretur inter nos ex una parte, et ecclesiam bte Marie in aquis, ex altera, super solutione septem marcarum apud Thile, quam solutionem a nobis ecclesia requirebat, tandem pro bono pacis et pro salute anime nostre et Marie uxoris nostre, filie Regis Francie, nec non ob reverentiam ste. Dei Genitricis Marie, tale consilium nobis Deus inspiravit, licet predictum debitum ignoremus, quod altare construi fecimus ante sedem Regalem aquensem in honore beatorum apostolorum Simonis et jude, ubi perpetuo missa celebrabitur pro nobis et dicta uxore nostra, et nostris predecessoribus et successoribus. decem vero marcas ad hoc assignavimus in reditibus nostris apud Thile de consensu filii nostri Henrici, medietatem in festo bti. Michaelis, et aliam medietatem infra octavam Pasche soluendam. De illis autem decem marcis medietatem habebit conventus, et aliam medietatem sacerdos, qui altare predictum serviet et celebrabit, qui idoneus per capitulum eligetur, et duci Brabantie presentabitur investiendus. adjectum quoque est, quod has decem marcas in loco predicto percipiet ecclesia aquensis quousque reditum decem marcarum in alio loco competenti comparaverimus per hoc etiam renuntiavit ecclesia bte. Marie omni querele quam adversus nos habuit, et ut supradicta perpetue stabilitatis robur obtineant, presens cirographum conscribi fecimus, nostro et ecclesie aquensis sigillis consignantes. Testes huius facti sunt hi Engelbertus archiepiscopus coloniensis, cuius etiam sigillo presentem paginam obtinuimus communiri, joannes prepositus Antwerpie, magister Reinerus canonicus Hugardie, magister Walterus et joannes Notarii ducis. Egidius de Wanga. Walterus de Wahemi, Henricus de Baltershemi, Walterus Clotine, Walterus de Campenholt, Goswinus de Gorzenhoven, Arnoldus de Wahemi, et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo tertio, jndictione tertia decima.

3 Siegel.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

137.

J. n. s. e. i. t. dierum et temporum nostrorum super exuberans malicia et calumpniatorum de die in diem incandescens versutia manifeste ostendit et insinuat, quanta sit habundantia cautele et utilitas ac necessitas. jnde igitur est, quod sta. dei ecclesia sibi et suis utiliter et salubriter volens consulere, rerum gestarum memoriam munimentis scripturarum et privilegijs sanciri et eternari voluit. Tanta ergo et tali institutione ecclesie dei ammoniti notum esse volumus omnibus cristi fidelibus tam futuris quam presentibus, mulierem quandam, Rikelindem nomine, liberis ortam natalibus ad ecclesiam aquen. divina illustratam gratia venisse, et tam se quam filiam suam Vdam, et totam successionem suam ad altare bte. Marie aquis. tradidisse, et pro remedio tam sue anime, quam omnium suorum successorum hanc legem conditionis instituisse. Volens etenim ei ancillari, cui servire regnare est, hanc legem sibi et sue indixit successioni, ut annuatim duo denarij aquen. pro singula capita ad altare bte. Marie custodi soluerentur pro licentia maritandi XII. denarij aquen. de mortua manu superior vestis, vel pro redemptione similiter XII. denarij aquen. Volumus autem scire omnes ste. ecclesie filios hanc predicte mulieris traditionem rationabiliter factam legitime approbatam sub anathematis vinculo roboratam. Quia vero omnem tergiversationem calumpniantium excludi volumus, et fidei constantia privilegium hoc roborari decernimus, in argumentum perfectissime veritatis presentem cartulam sigillo bte. Marie aquen. insigniri effecimus. Hec autem facta sunt anno incarnati verbi M. CC. XXIIII, jnd. II. Heinrico IIII. jmper. Hezelone aquen. Decano.

138.

Decanus. . cantor Heribertus. canonici aquen. iudices a dno. papa delegati. notum facimus omnibus presentem paginam inspicientibus, quod cum altercatio esset de molendino vallis parochie de olne inter Gerardum decanum sti. Alberti ex una parte, Gerebergum et filios suos Libertum et Evervinum super dimiedate molendini, joannem Creschantum super alia dimiedate, Everardum, qui inventus est in molendino nomine pignoris ab eodem joanne ex alia parte. qui citati peremptorie, et de gratia iterum et iterum nec venerunt nec pro se miserunt. Vnde nos pro contumacia excommunicavimus. Postea Libertus et Everardus comparuerunt aquis et iuraverunt stare mandato et iuri coram nobis pro se et pro aliis suis complicibus, ratum habituros, qnicquid isti duo facerent, quos ab excommunicatione absolvimus. Et cum diutius litigatum esset coram nobis partes in arbitros convenerunt data fide sub pena sexaginta solidorum. leodien. et periculo cause. arbitri vero prudentum virorum consilio ordinaverunt, ut heredes molendini ministrarent omnia pertinentia ad molendinum et annuatim darent decano septem solidos leodien. in purificatione bte. Marie aquis sub pena excommunicationis. unde prius solvebant octo et de detento censu dimissi sunt eis sexdecim solidi leodien. Et siquis heredum predictorum hoc infringere attemptaverit dictam penam sexaginta solidorum leodien., soluet decano, quodsi renuerit, molendinum erit eius pignus, usque soluti fuerint. auctoritate ergo, qua fungimur, factum istud confirmavimus, et sigillis nostris roboravimus. Testes huius facti sunt: Walterus cantor. H. Remfroidus investitus de Olne et Soron. Henricus rufus, Alardus canonici sti Alberti, Werembertus de Valle. Balduinus de Haren milites. Theodericus Scabinus, Wilhelmus, Nicholaus et alii quam plures. Actum anno dni. 1224. Datum aquisgrani 6. Kal. Februarij.

(Dependebant 3 sigilla ex caudis pergamenis.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

139.

Heinricus septimus divina fauente clementia Roman. Rex et semper augustus. Omnibus in cristo renatis imperpetuum decet regie maiestatis clementiam sicut augmento rei publice regni terreni ex debito suscepti regiminis studiose sine intermissione tenetur insistere sic ad restaurationem celestis regni patrie cum summa devotione totis juribus insudare, quod melius peragi posse non credimus, quam ut ubi animarum saluti prospicitur, utilitati eciam in domo domini nocte ac die famulantium provident, jnde est, quod ordinationem, que temporibus nostris ad honorem dei et profectum capelle nostre imperialis aquen. Scilicet ecclesie inter ipsam et parochianos de Sijntzge super decimis vinearum ad eandem parochiam pertinentium factam de consensu tam militum quam ministerialium et hominum necnon et tota imperij familia cum universitate parochianorum eiusdem loci in hoc cum acclamatione sollempni convenientium et voti sui affectum et exprimentium ratam habemus. videlicet, ut decime, que cum hactenus dispersim per vineas non sine periculo dissidentium animarum minus plene, ut timebant dari consuevissent, nunc in exitibus vinearum iuxta dolia deinceps, sicut et suam portionem laboribus ipsorum, quorum vinee sunt, et expensis eciam ipsas decimas necesse habeant deportare, et ibi nuntiis ecclesie de ipsis sine diminutione aliqua respondere, verum in recompensationem laborum et expensarum sic factarum ecclesia vice versa totalem minutam decimam, quam ei dicti parochiani persolvere tenebantur, ipsis cum integritate remisit, nichilominus tamen in consuetis luminaribus sepefati loci parochiali ecclesie unica videlicet cerea candela tantum in matutinis ad librum necessaria et lampade de nocte ardente necnon in tauris arietibus et apris domesticis iuxta consuetudinem antiquam ecclesia aquen. tenebitur providere. Ne igitur huius ordinationis tam necessaria conscriptio imposterum dissolvi, quacumque cavillosa occasione attemptetur, et ut incussa firmitatis robur obtineat, regie majestatis auctoritate duximus confirmandam et sigilli nostri munimine roborandam jnsuper ad maioris stabilitatis firmitatem dilecto ac fideli principi nostro Engelberto colon. archiepiscopo, ac quisque eidem pro tempore fuerit substitutus presentis scripti auctoritate damus in mandatis firmiter injungendo, quatinus in hac ordinatione predicte ecclesie aquen. potenter ac patenter assistat. Et siquis temptare contra usu temerario presumpserit, tanquam imperialis precepti transgressi animadversione condigna percellat, et a gratia nostra publice proclamet extorrem. Acta anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo quarto.

140.

E. Dei gratia aquen. et traject. prepositus universis presentia inspecturis salutem in vero salutari. Ad vestram proferimus notitiam, quod ecclesiam in jupile, ex resignatione dilecti nostri Godefridi Decani ss. apostolorum in colonia nobis vacantem liberaliter contulimus dilecto nostro Sibodoni decano aquen. ecclesie hac precise intentione et voluntate, ut pro deo et reverentia gloriose genitricis eius, ecclesia iam dicta de jupille perpetuo sit decanatui aquen. ecclesie ex nostra hac donatione adiuncta, quatenus idem decanatus, qui tenuis nimium est et pauper, sic per nos emendetur et decanus amplius et utilius ipsi ecclesie in posterum preesse valeat et prodesse, et nos ob hoc perpetue memorie fratrum simus commendati. Actum anno dni. M. CC. XXIV. octavo Kal. octobris.

Et appendebat sigillum ex filo pergameno. Concordat cum suo originali pergameno in archivijs Regalis Ecclesiae B. M. V. aquisgr. asservato, quod attestor J. F. Wesender Rmi. capituli praefatae Regalis Ecclesiae Secretarius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

141.

Honorius Episcopus, servus servorum dei dilecto filio Decano aquensi salutem et apostolicam benedictionem. justis petentium desiderijs dignum est nos facilem praebere consensum, et vota, quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter dilecte in dno. fili, tuis iustis postulationibus grato concurrente assensu, ecclesiam in jupille cum pertinentijs eius ad decanatum aquen. spectantem, sicut eam iuste, canonice, et pacissime possides, tibi et per te ipsi decanatui auctoritate apostolice confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lateranij nonas aprilis pontificatus nostri anno nono.

Et appendebat plumbum curiae Romanae ex filis sericis rubri et flavi coloris.

Concordat cum suo originali pergameno in archivio Regalis Ecclesiae B. M. V. aquisgr. inter Litteralia Decanatum conservantia reperibili. quod attestor. J. F. Wesender Rmi. capituli praefatae Regalis Ecclesiae secretarius.

142.

J. n. s. e. i. t. Heinricus septimus dei gratia Roman. Rex et semper augustus ad utriusque vite felicitatem prodesse nobis non ambiguum, si loca divino cultui mancipata curaverimus ampliare et iuuate nobis pietatis subsidio promouere. Ea propter noverint tam presens etas quam successura posteritas, quod nos ob reverentiam beatissime virginis Marie, ac pro remedio anime nostre et progenitorum nostrorum dinorum jmperatorum et Regum providentia consilii nostri ecclesie et canonicis aquen. contulimus jus quoddam in villa nostra Sintzge, quod rostant nominatur, a quo ex ordinatione jnclite recordationis F. serenissimi Roman. jmperatoris attavi nostri annuatim nobis et imperio colon. monete sex solidi solvebantur a tali pensione et solutione canonicos aquen. prò tempore constitutos absolventes imperpetuo eximentes, ad hec eciam aream quandam versus curiam in civitate aquen. domui, quam serenissimus pater noster F. Roman. jmperator contulit dicte ecclesie adiacentem in longitudine dicte domus, et in latitudine prefate aree eidem ecclesie contulimus, precavere volentes, ne propter nimiam vicinitatem adiacentium domorum claustrum et ecclesia aliquo incendio imposterum possit periclitari, ad huiusmodi itaque donationis nostre robur imposterum duraturum presentem paginam conscribi et sigilli nostri mummine iussimus insigniri. Testes hij sunt, Engelbertus colon. archiepiscopus, Hermannus Werdensis prepositus, Sibodo aquen. decanus, Gerardus comes de Diez fr. Bertoldus de Tannenrode, Burggravius johannes de Hamerstein. Wilhelmus advocatus aquen.. Arnoldus de Gimmenich.. Gerardus de Sintzge. Hertwicus magister coquine et alii quam plures. Actum apud Sintzge anno ab incarnatione dni millesimo ducentesimo XXV. iiii jdus octobris jnd. XIIII. anno regni nostri quinto.

Confirmatio Cardinalis Legati etc.

miseratione divina Fort. et ste. Ruffine episcopus apostolice sedis legatus dilectis in cristo decano et capitulo aquen. leod. dioc. salutem in dno. justis petentium desideriis facilem nos decet prebere assensum et acta, que rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in cristo vestris iustis precibus inclinati donationem aree ecclesie vestre adiacentis cum pensione in Sintzge de Rostant ab jllustri dno. Her. Roman. Rege et semper augusto vobis factam. Sicut pie et provide facta est nobis et per nos ecclesie vestre legationis qua fungimur, auctoritate confirmamus et presentis scripti

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem dei omnipotentis et beatorum petri et pauli apostolorum se noverit incursurum. Datum colonie III. jdus Februarii.

143.

C., miseratione divina presbijter et ste. Ruffine Episcopus apostolice sedis legatus. dilectis in cristo preposito et capitulo sti. Adalberti aquen. leod. dioc. salutem in cristo jhesu, iustis petentium desiderijs dignum est, nos facilem prebere assensum, et vota, que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Quapropter dilecti in cristo vestris iustis precibus inclinati statutum, quod fecistis, ut sex prebende vacantes cederent in usus ecclesie vestre approbatum a dno. Friderico Rom. jmp. patrono nostro sicut iuste et canonice est factum, ipsum auctoritate legationis, qua fungimur, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. nullo ergo omnino hominum liceat hanc nostram confirmationem infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem dei omnipotentis se noverit incursurum. Datum Houen anno dni. 1225. jdus februarii.

(Erat transfixum filum rubri et flavi coloris, in quo dependit sigillum papale.)

144.

Sibodo decanus, Gervasius cantor et Heribertus canonicus aquen. iudices a dno. papa delegati, vniversis presentia inspecturis salutem in dno. Cum Gerardus decanus sti Alberti de aquis super bonis apud cunsdorp in parochia de Sinceke ecclesie sue et decanatui pertinentibus, Sandradum eadem bona colentem coram nobis traheret in causam, mediantibus bonis iuris hoc fine inter eos est compositum. judex decanus permisit, quod Sandradus eadem bona colat ad duodecim annos, et decano medietatem fructuum tam in vino. quam annona fideliter exhibat. insuper census omnes de bonis ipsis ipse decanus percipiet integre, nullum semen, nullas expensas vel in annona vel in vino feret, et propter hoc idem Sandradus habebit foenum et demum, quos de nemore ad censum poterit detinere, quod fideliter alijs ibidem bono testimonio locabit, aream et curtem, in quibus mansa et edificia fecit, libere tenebit. quolibet autem anno in vineis et agris, ubi utilius ei videbitur, ponet quindecim carratas vini sub testimonio bonorum hominum eiusdem ville propter stramen et paleam, quam ipse solus percipiet. Expletis autem 12 annis vel si predictus Sandradus medio tempore moritur, bona iam dicta cum omni integritate et iure et omni fructu iam dicte ecclesie sti. Alberti et decanie vacabunt, et ad eam absque omni questione redibunt. si edificia ab eodem Sandrado nunc in eadem curia facta ipsi Sandrado vel eius heredibus manebunt, ita quod si decanus sti. Alberti ea comparare voluerit pretio competenti et iusto ea obtinebit. Huius rei testes sunt sibodo prepositus sti. Alberti, Friedericus de Seine, Theodoricus Rumbolo, Conradus rufus, magister Helpricus canonici ste. Marie, Wilhelmus custos, Adolphus canonici sti. Alberti. Rudolphus de Sinceke et alii quam plures. Acta sunt hec anno dnice. incarnat. 1225. octava Kal. maii.

(Dependebant 2 sigilla in alba cera ex caudis pergamenis.)

145.

W. dux de Lemburg, comes de Lucelburg et marchio arlunensis. universis ad quos notitiam presens scriptum pervenerit, pie vivere, et veritatis in christo testimonium acceptare. Ea que juste fiunt et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

racionabiliter ob cultum et reverentiam dei et Beatissime Marie genetricis ejus. ne processu temporum ex fragili hominum memoria in oblivionem deveniant vel aliquorum malicia recindantur litterarum memorie convenit comendare. Eapropter universis christi fidelibus futuris et presentibus notum esse volumus, quod cum in ecclesia de Muncheheim jus patronatus nos habere crederemus et tam per jus evidens quam per multorum assertionem qui de ipso jure dicebant se plene instructos fuisse nobis constaret evidenter quod jus patronatus ejusdem Ecclesie ad capitulum bte. Marie in aquis pertinet et spectat specialiter ob salutem anime nostre opinionem nostram omnimode deponentes et omni juri quod in supra dicta ecclesia putabamus habere renunciantes, jus plenum et integrum super patronatum ipsius ecclesie jam dicto capitulo bte. Marie recognoscimus et confirmamus. Devote petentes quatenus dominus noster H. Leodiensis eps in cujus diocesi eadem sita est ecclesia, et dominus noster E. coloniensis archiepiscopus racione imperii quod ei commissum est et racione sui archiepiscopatus, factum nostrum ratum habeant et confirment ad cujus rei certam inposterum evidentiam presentem Kartam inde conscriptam sigillo nostro fecimus roborari. Datum anno domini M. CC. XXV. mense julii.

146.

S. . . dei gratia decanus totumque capitulum bte. Marie in aquis omnibus presentia inspecturis notificamus, quod cum inter nos ex una parte et abbatem et conventum Roden. ex altera iam dudum disceptatis esset super eo, quod vicarius ecclesie ipsorum de Duuerne certis diebus in capella curtis nostre in Hobusch, cum sibi satisfactum fuisset de dimidia marca colon., diuina celebrare deberet, tandem propter mutuam vicissitudinis delectionem hactenus inter nos conseruatam mediantibus honestis uiris sic est ordinatum quod abbas et conventus addictis duobus solidis dimidia marca prenominata celebrationem diuinorum in capella memorata per vicarium suum de Duuerne procurare teuebuntur. et ut predicta perpetuo robur habeant firmitatis presens scriptum sigillo ecclesie nostre et Roden. communiuimus. Acta sunt hec anno dni. M. CC. XXV. (Duo sigilla deperdita)

147.

In nomine dni. jesu christi. Henricus comes de monte vniversis christi fidelibus in perpetuum, cum dominus imperator Fridericus et filius ejus Heinricus rex Romanorum ad honorem Dei et bte. Marie virginis matris ejus ob salutem animarum et promotionem imperii jus quoddam quod dicitur Rostant apud Sinceke, quod hactenus jmperium ibidem habuit, et nos ipsius nomine tenebamus, pro cujus absolutione secundum statutum jmperatorum imperio solvebantur sex solidi colonienses et burcravio de hamerstein tres solidi pro tertia parte, quam ab imperio tenet. Ecclesie bte. Marie et canonicis ejus de aquis dederint liberaliter et ab hoc servicio vel jure eosdem et toto absolverint. Nos ipsorum vestigiis inherentes idem jus ob salutem patris nostri Walerami illustris ducis de Limburc, per quem illud tenemus, ob nostrum successorum nostrorum salutem jam dicte ecclesie et canonicis ejusdem stabiliter indulgemus, quamdiu contingit nos vel aliquem per nos eadem bona tenere. Ut autem hoc firmum et ratum permaneat, presentem cartam inde conscriptam sigillo nostro communiuimus. hujus rei testes sunt, Macharius avunculus noster, Willelmus maurus, et filius ejus Theodericus, heinricus de Bernesole, Willelmus de Stocheime. Gerardus Melkop. Heinricus Forestarius. johannes Villicus, et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo sexto. Datum apud Monjoie X. Kalendas junii.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

148.

J. n. dni. amen. Quoniam nouertari solet rerum notitiam processus temporum, nisi scripti memoria perennetur, quia tempus nunquam est stabile sed fluens defluit, jdeo cauendum est ne que cum tempore fiunt, temporales fiant et defluant, actiones noticie igitur et memorie tam presentium quam futurorum. Ego G.. dei gratia decanus, totumque capitulum bte. Marie in aquis et ego abbatissa totusque conventus sanctimonialium monasterii vallis ste. Marie cijsterc. ord. traditum esse volumus, quod cum inter nos diutius litigatum fuisset super quadam decima parochie in Harna attinenti ad ecclesiam aquen. primo auctoritate ven. patris C.. port. episcopi et ste. Rufine apostolice sedis legati coram decano bti. Alberti in aquis eiusque collega, deinde coram abbate Leflen., eiusqus collegis auctoritate eiusdem legati. postea vero predicta causa per appellationem aquen. ecclesie et investiti de Harna ad decanum sti. castoris in confluentia eiusque collegas auctoritate dni. pape est translata, coram quibus negotio incepto mediante dno. Abbate jndensi et alijs honestis personis compositum est inter nos, quod ego abbatissa et conventus Vallis ste. Marie de XLIIII. bonuariis in pratis, in terris continuis pro decima decano et capitulo aquen. necnon et investito de Harna quatuor modios tritici aquen. mensure singulis annis iure claustrali aquis persolvemus de nutrimentis aliorum animalium sicut in banno de Harna solvitur, decimam reddemus. si vero plus terre, quam ut supradictum est extra terminos nobis assignatos coluerimus, sicut ceteri parochiani decimam in capis persolvemus illi, cui ecclesia mandavit assignari. Ne autem hoc factum successoribus nostris indubitationem aliquam verteretur, sigillis aquen. ecclesie necnon abbatisse et conventus vallis ste. Marie et abbatis vallis dei ac provisoris predictarum sanctimonialium et sigillo abbatis jndensis mediatore in causa prescripta fecimus roborari. Testes huius rei sunt dnus. abbas jnden. Florentius, decanus et cantor Heinricus de Foresto, Friedericus de Seina, Sijmon de Sinzecha, Godéfridus scolasticus sti. Servatii in Traiecto.. Ricolfus Normannus, magister Ricolfus, magister Wilhelmus canonici aquen. ijwanus et Walterus fratres conversi domus vallis ste. Marie, Richardus et frater eius Franco de Merica, Tilmannus de Eijnathen, Garsilius de Nithusen, Heinricus Hulenburch milites et alij quam plures. Acta sunt hec anno dni. M. ducentesimo vicesimo sexto Porzeti in dominica: Surge.

149.

In nomine dni. amen. qu'a fragilis est hominum memoria et perversorum malicia contra debitum et iustitiam plurimos inducit ea que iuste et amicabiliter acta sunt, ne processu temporum aut in oblinionem deveniant, vel alicuius studio valeant rescindi, litterarum memorie expedit commendari. cum igitur ecclesiarum facta, que intuitu boni laici ad tempus fiant aliquando ad hereditatem perpetuam in detrimentum earundem soleant retorqueri. Notum esse volumus universis cristi fidelibus presentibus et futuris, quod cum ecclesia B. M. de aquis decimam et alia que habet in Sintzge, Wilhelmo patri Theoderici Dunrestein dedisset et commisisset ad tempus aliquando nomine pacti, idem Wilhelmus, quia commissionem hanc perpetuam nomine hereditatis factam esse dicebat in grave dampnum et iacturam eiusdem ecclesie, questio hec per sententiam principum et hominum jmperii in presentia dni. Heinrici VI. Roman. jmperatoris, fratre suo dno. Philippo tunc existente preposito aquen. ecclesie taliter est decisa, quod idem Wilhelmus suique heredes in decima eadem, aliisque bonis ecclesie apud Sintzge et in eius pertinentiis nomine pacti vel aliquo alio modo iudicati sunt, nichil iuris per hereditatem habere, sed idem dnus. jmperator Heinricus intuitu dei ut eadem ecclesia inposterum a nullo turbaretur eidem Wilhelmo pro se suisque heredibus pro quinquaginta carratas vini, quas ei dari fecit, commodam et honestam fecit compositionem et sic supradicta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aquen. ecclesia decimam et bona sua in Sintzge et eius pertinentijs libere et quiete percepit. Mortuo autem dno. Heinrico jmperatore idem Wilhelmus eandem ecclesiam graviter dampnificavit, et hoc factum iterato amicabiliter est compositum per triginta marcas colon., quas ipsi dedit ecclesia aquen. Postmodum cum filius iamdicti Wilhelmi Theodericus nomine, jamdictam ecclesiam huius rei occasione turbaret, compositio amicabilis et perpetua per consilium dni. Engelberti colon. archiepiscopi et honestorum virorum inter ipsam aquen. ecclesiam et eundem Theodericum talis est ordinata: jamdicta itaque ecclesia in compositione dedit ipsi Theoderico quatuor jugera vinee de agro, que dicitur B. Marie, que aquen. ecclesia coli fecerat, sed ecclesia decimam inde percipiet, et de aliis bonis ipsius Theoderici, que habet apud Sintzge insuper dedit ei totam decimam, quam habet apud Budendorp infra bannum eiusdem ville et totam decimam ex illa parte silve Hattenscheit. jn Langenhart et Kuningesuelt, dedit ei etiam decimam de agris attinentijs curie johannes Bonvalt de Budendorp ex illa parte ripe, que fluit ante curiam dictam, de quibus agris pastor in Vranken recipit dimidiam partem decime. Preter hec dedit ei quinquaginta marcas, pro quibus marcis assignavit ecclesie quatuor jurnalia agrorum et sex jurnalia vinearum apud Westheim et aream in Westheim eisdem bonis attinentem, que fuerunt hereditas Husmanni de Andernaco. jtem vineam in Givesaker, que habet duas partes unius jurnalis et vineam versus domum dne. Benigne, unum jurnale habentem et duo journalia vinearum super Westheim in Hungerberch. Huic assignationi interfuerunt Sijbodo decanus. Theodericus, Rumbolo, Sijmon de Sintzhe, et Conradus canonici aquen. Alexander miles, Heinricus bonus, johannes Bonvalt, Rudolphus villicus, Godefridus de Budendorp, Nijcol et frater eius Arnoldus de Budendorp, Petrus et johannes Sture, Heinricus Voz, magister ville Riquinus, Albertus. Georgius campanarius et alii quam plures laici. Engelbertus sacerdos de Lündorp. Hec autem bona et alia que predicta sunt, idem Theodericus a preposito et decano ex parte ecclesie recepit in feodo, et inde ecclesie aquen. et tam preposito quam decano juravit fidelitatem, jta quod post ipsum sui heredes, filii et filie non exheredabuntur de bonis jam dictis, et pro receptione feodi vel morte ius, quod Herwede dicitur, non persolvent. predictus autem Theodericus in curia de Sintzge coram villicis, ministerialibus, scabinis et mansionarijs eiusdem ville et postea in capitulo B. V. aquis coram tota ecclesia et coram Wilhelmo advocato, sculteto, scabinis, burgensibus, militibus et hominibus imperij in aquis et circa manentibus omne ius et questionem, quam videbatur habere contra ecclesiam eandem in decima predicta et bonis de Sintzge resignavit et deposuit et juravit, quod ecclesiam aquen. in decima de Sintzge aut aliis bonis suis ipse vel sui heredes nunquam impeterent vel turbabunt et pro posse suo non permittent ab aliquo turbari. jdem eciam juraverunt cognati et amici eius Reinmarus canonicus de Kerpena. Hermannus de Broche, Wernerus de Rode Wilhelmus advocatus aquen. Heinricus frater eius, Heinricus bonus, Volkoldus, Warnerus et Reinmarius fratres de Reinbach. Godefriedus de Sasso, et in juramento addiderunt, quod si ipse Theodericus vel sui heredes contra hoc juramentum voluerint venire et eandem ecclesiam in aliquo turbare, ipsi bona fide dictam ecclesiam contra eundem Theodericum et suos heredes juuabunt et defendent. eandem resignationem fecerunt ibidem Bertha uxor Theoderici. johannes filius eorundem, Aleydis, Benigna et Gertrudis filie ipsorum. Huius rei testes sunt Reinerus decanus de Kunningesvelt, Walterus sacerdos de Sintzge, Engelbertus sacerdos de Westheim, Sibodo Puls, Winandus de Gurcenich, Heinricus villicus, Alexander, Heinricus Spadelen, Arnoldus de Budendorp, johannes Koz, Petrus frater eius, Fredericus et Conradus fratres de Kunsdorp, Paulus et Reingus fratres, Theodericus et Goeswinus fratres Hildegarus et Conradus fratres, Simon, Gerardus de Kunsdorp, Petrus de Nuendorp. Hi sunt mansionarii qui interfuerunt. Ortungus, Paulus, Heinricus Voz, Wigandus, Heidenricus prepositus, Bruno, Wilhelmus, Heinricus, Gerlacus et alii quam plures. ad cuius rei certam imposterum evidentiam cartam inde conscriptam dni. Heinrici colon. archiepi. et maioris ecclesie colon. et dni. Theoderici Triever. archiepi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aquen. ecclesie et Karpensis ecclesie et dni. Heinrici comitis de Seine sigillis fecimus communiri. Actum anno dni. M. CC. vicesimo septimo, mensis novembris.

150.

Petrus dei permissione sti. Remigij Remensis Abbas totusque eiusdem loci conventus, vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in dno. Noveritis universitas vestra, quod cum inter decanum et capitulum ste. Marie in aquis ex una parte et prepositum nostrum in Mersen leod. dioc. ex altera coram diversis judicibus a partibus a sede apostolica impetratis questio verteretur super eo videlicet, quod dicti.. decanus et capitulum aquen. a dicto.. preposito nostro petebant nonam partem bonorum domus de Mersen et omnium partinentium ad eandem. cum dictus.. prepositus noster ad protestationem none in quibusdam appendicijs curie mersenen. preposito.. decano et capitulo aquen. se dicet non teneri. Tandem de bonorum virorum consilio inter ipsum prepositum et partem adversam amicabilis compositio intercessit in hunc modum, quod prepositus.. decanus et capitulum aquen. preposito nostro de Mersen et successoribus suis sub annua pensione decem marcarum leod. vigintis solidis leod. pro marca computatis concesserunt pacifice et quiete in perpetuum possidendum. quicquid iuris habebant vel habere poterant in nona de Mersen, et omnibus pertinentijs domus supradicte integraliter tam in annona quam in denarijs et omnibus alijs commodis sive pertinentibus eiusdem domus, quas decem marcas dictus.. prepositus noster statutis terminis solvet obedientiario, qui ad hoc per prepositum vel ecclesiam aquen. fuerit ordinatus vel constitutus videlicet in festo sti. Lamberti medietatem et aliam medietatem in Penthecoste subsequenti. jta tamen, quod nisi dictus prepositus de Mersen infra quindenam a die solutionis supradicte predictam pecuniam solverit, transacta illa quindena nomine pene tenebitur ad quinque solidos eiusdem monete per mensem et ultra duos menses solutionem tam pensionis quam pene solvere retardaret pena duplicaretur memorata. Et quantum temporis post quindenam supradictam predicta solutio tardaretur, idem prepositus pro rata temporis penam incurreret memoratam salva semper post quindenam obedienciario ecclesie aquen. tam pene quam pensionis cum expensis factis questione repetenda, per hanc autem compositionem prenominati prepositus, decanus et capitulum aquen. renunciaverunt omni beneficio iuris tam canonici, quam civilis, si quod eis competebat vel etiam competere poterat in futurum ad dictam compositionem rescindendam. quittantes penitus quicquid iuris habebant vel habere poterant in predictis, et promittentes sacramento interposito in animas ipsorum, qui contra compositionem per se vel alium aliquando de cetero non venient, sed eam in perpetuum firmiter observabunt sicut versa vice nos.. Abbas totusque conventus st. Rimigij.. Remen. et prepositus mersenen. juramento prestituto in animas nostras ipsos assecuravimus predictam compositionem nos debere tenere a simili modo, beneficii iuris tam canonici, quam civilis super compositione hac rescindenda, quod nobis competere in futurum posset renunciavimus, dictamque compositionem gratam habentes et ratam promittimus eisdem preposito.. decano et capitulo aquen., quod prepositura cum bonis Mersen pertinentibus nullatenus alienabimus vel in aliam personam transferemus, nisi prius eisdem prestita sufficienti cautione de predicta pensione modo supradicto solvenda, et ipsi similiter predictam pensionem in manus alienas transferre non potuerunt, sed eam ad proprios usus ecclesie sue in perpetuum retinebunt, in cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum appensione cum sigillo prepositi nostri de Mersen munitas sepedictis dnis.. preposito, decano et capitulo aquen. dignum duximus conferendas. Et ad huiusmodi facti robur et testimonium a dno. Hugone leod. episcopo eorundem bonorum dijocesano confirmationis litteras ex utraque parte postulavimus vobis concedi. Actum anno dni. millesimo ducentesimo XX. septimo mense februarij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

151.

Sibodo dei gratia . decanus et capitulum ecclesie ste. Marie in aquis. Vniversis presentes litteras inspecturis notum esse volumus , quod cum Wildricus miles in confluentia et sui coheredes a morte patris sui usque nunc singulis annis tempore vindemiarum parvam amam vini de quibusdam agris ecclesie nostre sitis in Kesselheim soluere tenerentur, id iam efficere non curarunt , propter quod dictus Wildricus ad nostram instantiam fuit excommunicationis vinculo innodatus , eumque dictus miles absolutionis beneficium impetraret , nos bonorum virorum precibus inclinati vinum presenti temporis sibi remisimus pro suis laboribus et expensis , et agros prefatos sibi iure hereditario concessimus possidendos. jta quod ipse ex nunc singulis annis imperpetuum ecclesie nostre persoluet amam parvam vini tempore vindemiarum , quod si forte ipse vel sui successores in solutione vini fuerint negligentes , agri sepedicti ad nostram ecclesiam libere et absolute sine contradictione qualibet revertentur. Huius rei testes sunt Ghisilbertus , Theodoricus cantor. Adam Scolasticus , Engelbertus plebanus , Sewardus. johannes cellerarius canonici sti. Florini. Datum confluentie anno dnice. incarnationis M. ducentesimo vicesimo nono in festo crispini et crispiniani. jn cuius rei testimonium litteras presentes non solum sigillo ecclesie nostre , verum eciam sigillis ecclesie sti. Florini et Engelberti plebani ste. Marie in confluentia fecimus communiri.

152.

J. n. dni. amen. Sibodo dei gratia decanus totumque capitulum bte. Marie in aquis. Vniversis presentia inspecturis salutem inperpetuum. ad vestram litteris presentibus perferimus notitiam, quod ad multum precum nostrarum Arnoldi villici , Wilhelmi advocati et aliorum instantiam. Sibodo prepositus sti. Adalberti de aquis ex consilio gerardi decani et capituli eiusdem ecclesie dedit Reimaro fratri ipsius advocati duo jugera prati contermina domui , quam ipse Reimarus construere intendit. ipse autem Reimarus in concambium hujus prati dedit ipsi preposito, suisque successoribus in perpetuum de fundo et area proxima domui braxarie, quam tenet Absalon braxator, sita ante portam civitatis, que vocatur porta sti. Alberti , quinque solidos maioris monete annuatim in festo johannis baptiste XXX. denar. et in natali domini XXX. denar. cum omni iure , quod inde competit , percipiendos. Ad cuius rei certam imposterum evidentiam presentem inde conscriptam sigillo nostro ipsius sibodonis prepositi et capituli ecclesie bti. Adalberti , civitatis aquen. et ipsius advocati Wilhelmi fecimus communiri. Hi etiam testes interfuerunt. Edmundus de Urhachle, Vdo dapifer ducis de Lemburch, et Theodoricus frater suus, Wilhelmus Pulz et Gijsemil frater eius. Everardus de Belle, Elijas venator, et alii quam plures. Acta sunt hec anno dni. 1230. Decima Kl. Martij. (Appendedant 5 sigilla ex filis sericis, albi coloris.)

153.

Heinricus dei gratia Rom. Rex et semper augustus fidelibus suis Villico , advocato , scabinis et vniversis burgensibus aquen. gratiam suam et omne bonum. Scire debetis , quod concessiones , iura et libertates a predecessoribus nostris imperatoribus sive Regibus ecclesiis jmperii et nostris collatas, et a nobis innovatas , et per privilegium nostrum confirmatas , modis omnibus volumus illibatas , permanere, vnde vobis mandamus et firmiter per gratiam nostram precipimus , quatenus fidelem nostrum Sibidonem prepositum sti. Adalberti iurisdictione , quam à nobis habet de toto predio et hominibus in ipso manen-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tibus secundum quod in privilegio nostro idem predium bti. Adalberti per certos terminos de nostra conscientia est distinctum, prout priuilegium jmperatoris Heinrici fundatoris ipsius ecclesie manifeste declarat et exprimit, integre gaudere permittatis, et de hac de cetero nullatenus vos intermittatis, sed ipsum prepositum et ecclesiam bti. Adalberti in omnibus agendis suis diligenter promoveatis sciturі pro certo, quod quicumque ipsum et eandem ecclesiam contra hoc nostrum mandatum molestare presumpserit, gravem nostre indignationis offensam merito debet formidare, quia non omittemus requirere penam in privilegio nostro expressam. Datum spire anno dni. 1230 nonas decembris.

154.

Gregorius episcopus servus servorum dei. dilectis filiis preposito, decano, et capitulo sti. adalberti aquen. leod. dioc. salutem et apostolicam benedictionem. Dignum est, ut in ecclesiis determinatus sit numerus personarum, ne provisione carent superflua multitudo et ex paucitate debitum deo servitium subtrahatur, quopropter dilecti in dno. filii vestris iustis precibus inclinati, quartum decimum canonicorum numerum a vobis de consensu diocesani episcopi in ecclesia vestra pensatis ipsius facultatibus constitutum, quem etiam bone memorie G. portuensis episcopus tunc in partibus illis legatus sedis apostolice approbavit, sicut est deliberatione provida institutus, et in litteris eiusdem legati plenius dicitur contineri, auctoritate apostolica confirmamus; et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut eodem numero prefata ecclesia sit contenta, etsi adeo ipsius excreverint facultates, quod merito illum exigant augmentari, mandato tamen sedis apostolice semper saluo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nosre confirmationis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Reate IV. jdus martii pontificatus nostri anno V.

(Appendebat sigillum pontificium plumbo incusum dependens ex filis sericis rubri et flavi coloris.)

155.

J. n. s. c. i. t. Ne gestarum rerum memoriam consumat oblivio, eternari debeat, et voce testium et littere testimonio, que geruntur. innotescat igitur presentibus et sciantur posteri, quod inter ecclesiam bte Marie aquen. et parochianos trabanen. super minuta decima eiusdem parochie de consensu et fauore Arnoldi prepositi sti. Gereonis in colonia pastoris predicte ecclesie talis ordinatio intervenit, quod ecclesia aquen. dictis parochianis compaciens, et eorum saluti misericorditer providens eo, quod ipsam decimam minus debite et insufficienter solvendo periculum animarum et anathematis sententiam sepius incurrissent, totam minutam decimam, quam ibidem de jure habere consueverant, relaxavit in perpetuum, et remisit ipsos quoque parochianos tam vivos quam defunctos propter hoc excommunicatos ab anathematis vinculo penitus absolvit. ipsi vero ob hanc sibi inpensam gratiam de XX. amis vini, quas prefata aquen. ecclesia pro reparatione, conservatione et alijs necessariis traban. ecclesie singulis amis solvebat octo amas perpetualiter remiserunt, ita quod XII. ame dummodo solvuntur annuatim parochie memorate preterea cum pastore eiusdem ecclesie determinatum est in hunc modum, quod ecclesia aquen. que primo preaccipere consueverat XV. amas vini in sepedicta parochia XII. duntaxat de cetero preaccipiet, sicque de tercia parte minute decime, que pastorem contingebat eidem, erit ab ecclesia satisfactum, quod ut ratum permaneat et perpetuam habeat firmitatem, presens cijrographum hinc inde conscriptum sigillis capituli et decani bte. Marie aquen. et Arnoldi pre-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

positi sti. Gereonis Traban. pastoris roboratum est in testimonium veritatis. Acta sunt hec anno incarnati verbi millesimo CC. XXXII. mense aprili feliciter. amen.

156.

H. dei gratia Trevirorum archiepiscopus viris venerabilibus.. preposito.. decano.. totique capitulo aquen. salutem et sinceram dilectionem. Cum in ecclesiis de Winninghen et de Kesselheim nostre dioc. contra consuetudinem ratione cathedratici nostri anno presenti receperimus duas marcas, nos consuetudinem earundem nullatenus infringere volentes, de cetero secundum consuetudinem hactenus habitam quatuor marcis volumus esse contenti debitis annis de qualibet ipsarum pro omni iure, quo tenentur persolvendis, et hoc presentibus protestamur. Datum anno dni. millesimo ducentesimo tricesimo tertio.

157.

Higebrandus dei gratia Triveren. archidijaconus et monasterien. prepositus universis presens scriptum inspecturis notum facimus, quod nos litteris presentibus protestamur, ecclesiam de Kesselheim et ecclesiam de Winninghen, unamquamque ecclesiarum predictarum teneri pro iure cathedratico in quatuor marcis, et est summa tocius cathedratici octo marce, ex quibus capitulum aquen. quatuor tantum, reliquas vero quatuor marcas pastores dictarum ecclesiarum persolvere tenentur. hanc summam tempore, quo eidem archidijaconatui prefuimus recepimus, nec etiam intelleximus, quod aliqui nostri predecessores nunquam aliam vel maiorem summam ab ecclesijs exegerint vel receperint antedictis. ju cuius rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum apponi fecimus. Datum anno dni. Millesimo ducentesimo XXXVI. mense januario.

158.

Otto dei gratia aquen. et trajecten. prepositus vniversis et singulis cristi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit in dno. salutem. Cum sicut propheta testatur, decor domus dni. diligendus et amplectendus est ab omnibus orthodoxe fidei cultoribus. Nos predecessorum nostrorum venerabilium aquen. ecclesie prepositorum vestigijs inherentes, decori domus dni. et maxime aquen. ecclesie tot et tantis ornatibus et decoribus insignite, et magnificis privilegijs sublimate cupientes intendere concedimus et presenti scripto perpetuo stabilimus, ut in festivitatibus philippi et jacobi apostolorum bti. egidij confes. et sti. Thome cantuarien. archiepiscopi et martijris in predicta ecclesia in matutinis corona de prepositure sumptibus solemniter accendatur. et ut hoc factum nostrum ad honorem dei et gloriosissime matris eius felicissime Virginis Marie et prenominatorum sanctorum etiam perpetuum robur obtineat, presens scriptum sigillo nostro dignum duximus communire. Acta sunt hec anno dni. M. CC. XXXVI. regnante gloriosissimo Friderico Roman. jmperatore secundo.

159.

Theodericus dei gratia.. decanus totumque capitulum ste. Marie in aquis gratiam omnibus christi fidelibus presens scriptum inspectione innotescere veritatem. quoniam singulis est hominum memoria et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rerum turbe non sufficit, et fere quantum recipit, emittit jdeo que ab hominibus aguntur in tempore, ne simul labentur cum tempore, expedit scriptis et testibus roborari, jnde siquidem est, quod magister Ricolphus Normannus concanonicus noster ad honorem ste. dei genitricis Marie, nec non et ob reverentiam ampliorem. in ijmnis, psalmis et canticis natalitij dei bte. virginis Katherine ob remedium anime sue, nobis, necnon et sociis nobiscum in choro servientibus, tres amas vini contulit liberaliter et devote recipiendas apud Sintzge in vineis Godefridi Bunzem et Wüs, annuatim sub hac forma, quod dominis in festo bte. Katherine presentibus in choro assignabuntur ame due a nuncio cellerarij et sociis videlicet sacerdotibus, dijaconibus et subdijaconibus cum duobus scopis, qui assignabuntur campanarijs ama una et eidem R. eodem die, quocumque locorum se divernat, assignabitur sua tanquam presenti. Vt autem hoc factum nemini veniat in dubium et a nullo nunquam imposterum valeat immutari vel infringi, presens scriptum sigillo ecclesie nostre necnon et sigillo sepedicti R. extitit communitum. Actum aquisgrani in domo Th. decani. anno dni. millesimo ducentesimo XL. in die bti. Bartholomei.

160.

H.. decanus dei gratia, totumque capitulum bte. Marie in aquis omnibus presens scriptum inspecturis notum esse volumus, quod nos balneum nostrum, quod dicitur balneum Regis.. Wilhelmo et Gerardo balneatoribus hereditario iure concessimus secundum consuetudinem civitatis aquen. annuatim pro tredecim marcis colon. soluendis hoc modo: vna videlicet marca in dedicatione ecclesie aquen. tribus in festo omnium sanctorum, tribus in nativitate cristi, tribus in Pascha et tribus in Penthecoste, hoc adiecto, quod dicti balneatores in omnibus attinentijs et necessariis tam edificiis quam aliis eidem balneo providebunt. Huiusmodi autem rei testes sunt, qui dicuntur Dengmanni, utrimque rogati, scabini scilicet: Wilhelmus elusenarius. Godscalcus Sutho. Arnoldus rufus. et cives videlicet: Richoldus miles. Theodericus Rutelo. Erwinus sijnodalis. Wilhelmus Aldebarth. Godinus. Tilmannus. Hermannus. Reso. Tilmannus Floikre. Godefridus. Ricolphus. Hermannus rufus. Wilhelmus Luchuth Mathias. johannes. Mathias. Lambertus et Nicolaus et alii quam plures viri ijdonei et honesti. Et ne hoc imposterum ab aliquo. possit infringi vel inficiari, sigillum ecclesie nostre presenti scripto duximus apponendum, et habet quelibet pars similem litteram cijrographo conscriptam. Actum et Datum anno dni. M. CC. quadragesimo.

161.

Fr. dei gratia Roman. rex semper augustus et rex Sicilie. dilectis fidelibus suis vniuersis principibus et magnatibus inferioris prouincie gratiam suam et omne bonum. conquesti sunt nobis fideles nostri cives aquenses quod libertatem illam, quam ipsi in theloneo et in aliis honoribus suis a tempore Karoli et sub progenitoribus nostris habere consueuerunt iam amittere incipiunt et in iure suo defraudantur. Verum quia nos consuetam libertatem eorum, quam a tempore Karoli habere consueuerunt jnuiolatam eis semper observare volumus. vniversitatem uestram omni precum instancia monemus atque rogamus quatenus uos jntuitu dilectionis nostre in eo iure quod nos ipsis per priuilegium nostrum confirmauimus uidelicet. ut in omnibus finibus imperii ab omni exactione thelonei liberi sint et immunes eos manutenetis nec aliquam eis iniuriam seu grauamen in concessione nostra ab aliquo eis inferri permittatis. omnes eos, qui memoratis ciuibus jniuriam aliquam intulerint potestate uestra cohercentes, et taliter eos punientes ut nos speriales uobis proinde grates et retributores semper teneamus. Datum apud Hagenow. XIII. Kl. april. jndict. IIII.

Siegel in weissem Wachs, zerbrochen. an einer rothseidenen Korde.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

162.

J. n. dni. amen. Ea que inspiratione diuina tradentur ecclesiis litterarum debent memoria perhennari, ne super eis possit imposterum calumpnia suboriri. Notum sit igitur omnium karitati presens scriptum intuentium, quod Heijdenricus de Tuneburch canonicus aquen. videns ecclesiam suam propter casus aliquos infortunii et maxime miserabilis incendij debitis obligatam, pietatis affectu motus ad soluenda eius debita dedit viginti marcas sub tali conuentione, quod ammodo debent in eadem ecclesia quatuor festa solemniter celebrari, videlicet Philippi et jacobi apostolorum, sti. Egidij, sti. Tome cantuarien. archiepiscopi et martijris, bti. Gregorij Pape. Et quia de virtutibus itur in virtutem, idem Heijdenricus ampliori ductus inspiratione supperaddit sex marcas, ut festum bte. Marie, dictis ad iunctum, in ipsa ecclesia deinceps solemniter celebretur, super quo talis est adiuncta conuentio, que quam cito fieri potest, et eidem ecclesie fortuna felicior arriserit, pretaxate XXVI. marce pro certis redditibus locabuntur et in quolibet festo de hijs, que prescripta sunt, dabuntur. sex solidi karitatis studio inter presentes canonicos diuidendi. Et ne cuique hominum. hec ordinatio valeat immutari vel obliuioni dari presenti scripto comprehendi fecit et tam sigillo nominate ecclesie quam suo proprio communiri. Acta sunt hec anno dnice. incarnationis M. CC. XLII.

163.

Dei gracia Abbas et conventus in Gladbach, G., nobilis aduocatus colon., omnibus presentia inspecturis notum facimus, quod Wilhelmus et Gerardus, Goswinus et Heinricus fratres coram nobis constituti effestucando renunciaverunt omni iuri, quod habebant vel habere videbantur in medietate aree site ante Parvisium aquisgrani ad opus ecclesie aquen., que area quondam fuit bone memorie dni. Walrami canonici aquen. Et ut ista renunciatio firma esset, et a nullo posset imposterum infringi vel inficiari, pecierunt predicti fratres sigilla nostra presentibus apponi. Et nos rogati apposuimus in testimonium predictorum. Actum et datum anno dni. M. CC. XL. tertio.

164.

Ne gestarum rerum veritatem apud nos processu temporis immutet oblivio prepositus, decanus, totumque capitulum sti. Adalberti aquisgr. confirmamus imposterum per presentem paginam, quod molendinum situm in parochia de Hone apud vors (cuius media pars cedit dno. Erenfrido decano sti. Adalberti in aquis iure hereditario, et cuius mediam partem Heuerelinus predicte ecclesie canonicus et confrater noster legavit ecclesie) persolvebat nobis annis singulis usque nunc frumenti duas fircellas et ius, quod ad curiam pertinebat. siquidem nolentes deinceps dampnum aliquod seu gravamen nostre partis de prefato molendino incurrere, sicut aliquando perpessi sumus, dno. Erenfrido decano nostro et cuidam Bovoni dicto de Quercu de Hone partem, tam ab ipsis, quam suis heredibus perpetuo possidendam, nisi forte pro salute eterna quemquam eorum sive dnum. decanum, sive dictum Bovonem ecclesie memorate, quod in illo molendino iuris habent, placeat hoc legare. Est autem inter dnum. decanum et Bovonem facta talis ordinatio, quod dictus Bovo duas partes illius medie partis, quam de nobis tenent, percipiet in emolumentis, et de illis solvet ecclesie nostre singulis annis in festo ss. jnnocentium tres solidos leodien. tertia vero pars illius medie partis, quam de nobis tenent, ad manus dni. decani cum suis proventibus devoluetur. Decanus etiam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in festo supradicto persoluet ecclesie nostre duos solidos leod. et preterea fircellam frumenti, quam eo tempus soluere consuevit. vt autem, que diximus, plana fiant auditoribus de illo toto molendino, due partes cedunt dno. decano et tertia pars Bovoni sepedicto, ipsi etiam inter se ius curie persolvere tenebuntur, et edificia, si que circa molendinum immutata fuerint sive per incendium sive per aliud infortunium, quod deus amoveat, ipsi tenebuntur de ipsis facultatibus restaurare, quod factum ne cessare attemptaret, calumnia presentem cartam sigillorum ecclesie nostre, decani, cantoris et ode roboravimus testamento. Datum anno dni. 1243, mense augusto.

(Appendebant 3 chorde cerulei coloris cum particulis sigillorum.)

165.

Dei gratia prepositus,. Th.. decanus totumque capitulum bte. marie in aquis omnibus presentia inspecturis notum facimus, quod omnem decimam, quam habuimus de Reimagen, que pleno jure ad ecclesiam nostram spectabat, commutavimus cum Abbate et conventu Thuiciensi pro omni decima, quam habebant in parochia Sintzge maxima utilitate ipsorum et nostra inspecta volentes, quod ipsi decimam nostram predictam commutatam et nos ipsorum cum omni jure et omni integritate plene et perpetue possideamus, et prefati Abbas et conventus suam decimam in Sintzge, ad usus nostros coram judicio et civibus jmperii in Sintzge, quorum nomina, subsequentur, resignaverunt et effestucaverunt, quod et nos,. prepositus .. decanus et capitulum aquen. similiter coram judicio et civibus de Reimagen, quorum nomina subsequentur, de decima in Reimagen fecimus. Et quia Thiricus miles et frater suus Riguinus et eorum heredes decimam in Sintzge, que pro nostra in Reimagen commutata est, in feodo ab Abbate et conventu teuerunt, convenit inter dictum Abbatem et conventum et prefatos, quod pro dicto feodo, et quadam particula decime in Reimagen jacentis inter Salices, Linse et Kernis, quam similiter ab Abbate et conventu tenuerunt, Abbas et conventus eis annuatim dabunt in feodo in festo Remigii XVI. maldra siliginis et tempore vindemiarum in crastino collectionis quarte custodie de ipsa decima quarte custodie IIII carratas vini in vase sua. si vero aliquo infortunio de hac custodia, tantum vini recipere non potuerint, de alio vino decime defectus supplebitur eisdem, et duas marcas denar. colonien. in festo Martini, pro quibus erunt infeodati ab Abbate et conventu, et erunt homines eorundem propter quod predicti fratres et eorum heredes renunciaverunt et resignando effestucaverunt omne jus, quod in dicta decima Sintzge habuerunt, jta quod nec ipsi nec aliquis successorum suorum nec aliquis nomine eorundem, nos super eadem decima in posterum molestabunt. Huic facto interfuerunt de Sintzge.. Herbertus et Rudolphus villici.. Johannes Coz,. Roinch.. Conradus,. Fridericus et Lodewicus fratres, et Bruno de Kunsdorp milites. Thirricus de Hulsbach.. Paulus. Heinricus Voz,. johannes.. Guntherus. Thirricus nose. Wigandus frater suus et Wilhelmus, cives in Reimagen. Richardus sacerdos, Georgius et Sijmon villici. johannes et jacobus fratres. johannes et Philippus fratres. Marchgravius et jacobus filius suus. Karolus et Nicolaus de Ripa. et Hermannus villicus Thuiciensis. et alij quam plures. Et ne predicta ab aliquo possint infringi, vel inficiari presenti scripto sigilla dni. nostri prepositi et ecclesie nostre apposuimus. Acta sunt hec anno dni. millesimo CC. XL. tercio. mense maio.

J. n. s. e. i. t. Philippus dei gratia Abbas totusque conventus ecclesie. Thuiciensis omnibus presentia inspecturis notum facimus, quod omnem decimam, quam habuimus in parochia Sintzge, que pleno jure ad ecclesiam nostram spectabat, commutavimus cum. preposito.. decano et capitulo aquen. pro omni decima, quam habebant in parochia Reimagen etc. etc. ut in priori Urkundia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

166.

J. n. s. e. i. t. amen. Fridericus secundus diuina fauente clementia Romanorum jmperator semper augustus jerusalem et Sicilie Rex. | | justis fidelium nostrorum petitionibus condescendere cogimur, quas nisi fauorabiliter audiremus, obaudire quod iuste petitur, per iniuriam videremur. Eapropter, per presens priuilegium, nouerit tam presens etas, quam successura posteritas quod Willelmus Aduocatus aquen. Heinricus frater eius Triscamerarius noster, et Theodericus de Orlouesberge fideles nostri, nuntij ciuium aquen. pro parte vniuersitatis ciuitatis eiusdem nostrorum fidelium, quoddam priuilegium diui augusti jmperatoris Friderici aui nostri memorie recolende vniuersitati predicte liberaliter dudum indultum, nostro culmini presentarunt, supplicantes humiliter et deuote, ut eis illud innouare, et omnia que continentur in eo, confirmare de nostra gratia dignaremur. Cuius tenor per omnia talis est.

J. n. s. e. i. t. Fridericus diuina fauente clementia Romanorum jmperator semper augustus. Ex quo primitus diuina ordinante clementia, imperij Romani fastigia gubernanda suscepimus, uoluntatis nostre atque propositi, summum desiderium fuit, diuos Reges et jmperatores, qui nos precesserunt, precipue maximum et gloriosum jmperatorem Karolum, quasi formam uiuendi atque subditos regendi sequeremur, et sequendo pre oculis semper haberemus. ad cuius imitationem, ius ecclesiarum, statum rei publice, et legum integritatem, per totum nostrum imperium seruaremus. ipse enim tota cordis intentione, ad eterne uite premia anhelans, ad dilatandam gloriam cristiani nominis, et cultum diuine religionis propagandum, quot Episcopatus constituerit, quot Abbatias, quot Ecclesias a fundamento erexerit, quantis prediis ac beneficijs illas ditauerit, quantarum largitate elemosinarum, non solum in cismarinis, sed etiam in transmarinis partibus resplenduerit, ipsa eius opera, et gestorum uolumina, que plurima sunt et maxima fide oculata plenius declarant. Jn fide quoque cristi dilatanda, et in conuersione gentis barbarice, fortis athleta fuit, et uerus apostolus, sicut Saxonia et Fresonia atque Westphalia, Hispani quoque testantur et Wandali quos ad fidem catholicam uerbo conuertit et gladio. et licet, ipsius animam gladius non pertransierit diuersarum tamen passionum tribulatio, et periculosa certamina, ac uoluntas moriendi cottidiana, pro conuertendis incredulis, eum martirem fecerunt. Nunc uero electum et sanctissimum confessorem eum confitemur. et uenerainur in terris, quem in sancta conuersatione uixisse, et pura confessione, ac uera penitentia ad deum migrasse, et inter sanctos confessores, sanctum confessorem et uerum confessorem credimus coronatum in celis. jnde est quod nos gloriosis factis et meritis, tam sanctissimi jmperatoris Karoli confidenter animati et sedula petitione carrissimi amici nostri Heinrici illustris Regis Anglie inducti, assensu et auctoritate dni. Pape Paschalis, et ex consilio Principum vniuersorum, tam secularium quam ecclesiasticorum, pro reuelatione, exaltatione atque canonizatione sanctissimi corporis eius, sollempnem Curiam in natali dni. apud Aquisgranum celebrauimus, ubi corpus eius sanctissimum pro timore hostis exteri, uel inimici familiaris, caute reconditum, sed diuina reuelatione manifestatum ad laudem et gloriam nominis cristi, ad corroborationem Romani jmperii, et salutem dilecte consortis nostre Beatricis jmperatricis, et filiorum nostrorum Friderici et Heinrici, cum magna frequentia Principum, et copiosa multitudine cleri et populi in ijmnis et canticis spiritualibus, cum timore et reuerentia, eleuauimus et exaltauimus quarto Kalendas januarij, Hiis autem omnibus glorioze peractis. cum in predicto loco cuius ipse fundator extiterat, de ipsius loci libertate, institutis legum, et pacis atque iusticie, quibus totum orbem rexerat, diligenter quereremus, ecce fratres Ecclesie priuilegium sancti Karoli de fundatione et dedicatione ipsius nobilissime Ecclesie, et de institutionibus legum humanarum, et ciuilis iuris eiusdem ciuitatis, nobis in medium protulerunt, quod ne uetustas aboleret, uel per obliuionem deperiret, nostra jmperiali auctoritate renouauimus. Eiusdem uero priuilegii tenor et institutio, talis est. Ego Karolus qui deo fauente curam Regni gero et Romanorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

jmperator existo , consilio Principum Regni nostri , Episcoporum, Ducum, Marchionum, ac Comitum, rogatu uero tam liberorum quam seruorum , in plurimo generali conuentu , in diuersis locis regni nostri habito , discussi , prout iustius ac melius cunctis uidebatur. primum de lege sanctarum ecclesiarum de reddendis iusticijs Episcoporum. de uita et iure presbiterorum et clericorum. et hec omnia iudicio et assensu uestro , secundum instituta patrum meorum corroboraui , firmaui , et auxi nichil de hijs minuens. que catholici uiri ac recte et legitime uiuere uolentes , ad obseruandum spirituali ac seculari decreto , bonum et utile contulerunt. Deinde prout cunctis placuit prudentioribus Regni nostri, legem saxonum Noricorum, Sueuorum, Francorum, Ribuariorum, Salicorum, sicut mos et potestas jmperatorum est , et omnium antecessorum meorum semper fuit, distinxi, distinctam sub auctoritate Regia et jmperatoria stabiliui. non ex mea adinuentione , uel corde prolatam, sed communi consilio a me renouatam et in melius auctam, sicut patres et predecessores mei fecisse perhibentur. Scitis enim et neminem latet , quia quidquid ab jmperatoribus et Regibus preceptum et decretum est , semper ratum et pro lege tenendum est. nedum quod ab uniuersis sensatis, et iusta discretione uiuere uolentibus , impetratum et actum est , et nostra jmperatoria et Regia maiestate confirmatum et solidatum. Nunc patres, fratres et amici , fautores et coadiutores glorie nostre et Regni nostri , de omnibus statutis patris mei Pippini, que ad utilitatem et honorem ste. Ecclesie firmari ac renouari petistis , que ad defensionem secularium rerum et legum stabiliri quesistis, nichil minui, nec abnui. sed in melius ampliaui, omnium sanis consiliis acquieui. ac fui in medio uestrum , quasi unus de querentibus et petentibus equitatem legis. nulli contradicens aut renitens digne et recte peticioni, ego uestri decreti et petitionis uoluntarius extiti. uos quasi patres et fratres audiui, nunc queso ut mee petitionis et intentionis. non solum auditores , sed et beniuoli factores fieri uelitis. nec quod indecens aut intolerabile sit quero. sed quod tota Gallia et vniuersi principes potius concedere quam negare debent. Nostis qualiter ad locum, qui Aquis ab aquarum calidarum aptatione traxit uocabulum, solito more uenandi causa egressus , sed perplexione siluarum , errore quoque uiarum a sociis sequestratus ueni, termas calidorum fontium, et palatia inibi reperi , que quondam Granus unus de Romanis principibus, frater Neronis et Agrippe a principio construxerat , que longa uetustate deserta ac demolita , frutettis quoque ac uepribus occupata, nunc renouaui, pede equi nostri , in quo sedi , inter saltus riuis aquarum calidarum perceptis et repertis, ibidem monasterium ste. Marie matri dni. nostri jhesu cristi, labore et sumptu , quo potui , edificaui , lapidibus ex marmore preciosis adornaui , quod deo adiuuante et cooperante, sic formam suscepit, ut nullum sibi queat equiparari. jtaque tam egregio opere huius eximie basilice, non solum pro uoto et desiderio meo, uerum etiam ex diuina gratia ad unguem peracto, pignora apostolorum, martijrum, confessorum et virginum , a diuersis terris et Regnis , et precipue grecorum collegi, que huic sto. intuli loco. ut eorum suffragiis Regnum firmetur, peccatorum indulgentia condonetur. Preterea a dno. Leone Romano pontifice , huius templi consecrationem et dedicationem impetraui, pre nimia deuotione, quam erga idem opus habui, et sanctorum pignora que inibi recondita meo studio et elaboratu habentur. decebat enim ut idem templum , quod cunctis monasticis edificiis in regno nostro forma et structura preesse uidetur, in honore ste. dei genitricis, a nobis regali studio fundatum , dignitate consecrationis precelleret, sicut ipsa uirgo super omnes choros sanctorum precellens, exaltata est. et ideo dnum. apostolicum, qui omnes precéllit ecclesiasticos gradus, ad consecrandum et dedicandum idem templum ex sola cordis mei consideratione elegi et acciui. acciui etiam cum illo Romanos Cardinales, Episcopos quoque jtalie quam plures et Gallie. simulque abbates cuinsque ordinis, clerum multum , qui huic sacre dedicationi interessent. Acciti sunt etiam Romani principes multi prefectura et qualicumque dignitate promoti , ad id sollempne , Duces, Marchiones , comites, principes Regni nostri , tam jtalie quam Saxonie, tam Bawarie, quam Alemannie, et utriusque Francie tam orientalis quam occidentalis, in omnibus uoto et desiderio meo obsequentes, jllic uero dno. apostolico,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et omnibus predictis nobilibus et egregiis personis congregatis, merui ab omnibus obtinere pre nimia deuotione quam erga ipsum locum et matrem dni. nostri jhesu cristi habebam, ut in templo eodem sedes Regia locaretur. et locus Regalis et caput Gallie trans alpes haberetur. ac in ipsa sede Reges successores et heredes Regni initiarentur, et sic initiati iure dehinc jmperatoriam maiestatem Rome sine ulla interdictione planius exequerentur. confirmatum et sanccitum est hoc a dno. apostolico Leone Romano. pontifice et a me Karolo Romanorum jmperatore Augusto, primo auctore huius templi et loci. quatinus ratum et inconuulsum hoc statutum et decretum nostrum maneat. et hic sedes Regni transalpes habeatur. sitque caput omnium ciuitatum et prouinciarum Gallie. Decernimus etiam ex assensu et beniuolentia omnium Principum Regni, qui ad hoc festum dedicationis conuenerant ut locum et sedem Regiam pro murali presidio contra omnes turbines, Episcopi, Duces, Marchiones, Comites, omnes principes Gallie, fideles Regni tueantur. semper hunc locum uenerantes et honorantes. Decreuimus etiam, ut siqua iniuria aut uersutia contra leges quas statuimus, surrexerit, libero aut seruo nocere temptauerit. Aquis ad hanc sedem Regiam, quam fecimus caput Gallie ueniat, ueniant judices et defensores loci, et cum equitate legis cause discernantur, status legis resurgat, iniuria contempnatur. illic iusticia reformetur. Nunc ergo quia locum hunc maiestate Regie sedis, dni. apostolici decreto, et nostra jmperiali potentia, uestro quoque assensu exaltauimus, honestate uero huius templi, et plurimorum sanctorum ueneratione magnificauimus, decet nec incongruum uidetur, quum ad hoc meus figatur animus, et petitio mea cuius uos non solum auditores, sed et beniuolos factores fieri exoraui. aput uos obtineat, quatinus non solum clerici et laici loci huius indigene, sed et omnes incole et aduene, hic inhabitare uolentes, presentes et futuri sub tuta et libera lege, ab omni seruili conditione uitam agant, ac omnes pariter ex auis et attauis ad hanc sedem pertinentes, licet alibi moram facientes, ab hac lege quam dictauero in presentiarum, a nullo successore nostro, uel ab aliquo machinatore, legumque subuersore infringantur. numquam de manu jmperatoris uel Regis, alicui persone nobili uel ignobili, in beneficio tradantur. Acquieuerunt vniuersi, dni. et magni jmperatoris Karoli petitioni et uoluntati, qui ad hoc sollempne dedicationis, ex diuersis Regnis confluxerant, ac bonum et acceptum coram deo et hominibus, dni. apostolici et jmperatoris decretum astruxerunt. et omnium graduum, Episcoporum, Abbatum quoque banno. corroborari et confirmari, hanc jmperatoris petitionem. vniuersi magni ac parui acclamauerunt. Letetur igitur et exultet ineffabili gaudio Aquisgranum caput civitatum, venerabilis clerus cum deuotissimo populo, quod in diademate Regni, aliis principibus et gloriosis locis, speciosissimo ornamento distinctis, in capite corone positum, quasi prelucidarum gemmarum splendore choruscat, et illo singulari et corporali gaudet pratrono, qui cristiane fidei illustratione et legis, qua unusquisque uiuere debeat, Romanum decorat jmperium. Hec est enim mutatio dextere excelsi, quod pro Grano fratre Neronis, fundatorem habet sanctissimum Karolum, pro pagano et scelesto jmperatorem catholicum. cuius nos quantum propitia diuinitas concesserit, pietatis uestigiis inherentes, venerabilem clerum aqnen. una cum Ecclesia sanctissime dei genitricis Marie. excellentissimo opere constructa, et omnibus prediis eius, necnon ipsam ciuitatem Aquisgranum, que caput et sedes Regni Theutonie est, una cum omnibus ciuibus eius, tam minoribus quam maioribus, sub nostram jmperialem tuitionem suscepimus omnem libertatem et iusticiam, quas sanctissimus Karolus, eiusque successores eis dederunt, ipsis confirmamus, statuentes et lege perpetuo ualitura confirmantes, ut omnes ciues nostri Aquens. per omne Romanum jmperium negotiationes suas, ab omni thelonei, pedagii, curadie, uectigalis exactione, liberi, absque omni impedimento libere exerceant, et sicut sanctissimus Karolus jmperator instituit, indigenas huius ciuitatis sacre et libere, nemo de seruili conditione impetat, nemo libertate priuare presumat. jnsuper omnes ad hanc sedem pertinentes, nullus Regum uel jmperatorum, ubicumque morentur, alicui persone in feudum concedendi habeat potestatem. Ceterum ut omnes sacratissime constitutiones beatissimi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Karoli, totius perhennitatis robur obtineant, presentem inde paginam conscribi et aurea bulla, signique nostri caractere, signari iussimus.

Signum domni Friderici Romanorum jmperatoris gloriosissimi. Ego Heinricus sacri Palatii prothonotarius, uice cristiani Archicancellarii, et moguntine sedis Electi, recognoui. Datum Aquisgrani anno dnice. jncarnationis millesimo, centesimo, sexagesimo, sexto. jndictione quarta decima. Sexto jdus januarii. Regnante dno. Friderico Romanorum jmperatore gloriosissimo. Anno Regni eius quartodecimo, jmperij uero undecimo.

Nos igitur, qui fidem et obsequia nostrorum fidelium non patimur irremunerata transire, attendentes fidem puram et deuotionem sinceram, quam predicta vniuersitas fideles nostri. ad maiestatis nostre personam et sacrum jmperium habent, pro gratis quoque seruitiis, que nobis et jmperio exhibuerunt hactenus fideliter et deuote, et que exhibere poterunt, in antea gratiora, ipsorum supplicationibus fauorabiliter inclinati suprascriptum priuilegium diui Augusti aui nostri predicti, huic nostro priuilegio, de uerbo ad uerbum inseri iussimus, omnia que continentur in eo, de jmperialis, preminentie gratia confirmantes. Statuimus itaque et jmperiali sanccimus edicto, quatinus nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nulla denique persona, alta uel humilis. ecclesiastica uel mundana vniuersitatem predictam contra presentis priuilegii nostri tenorem, ausu temerario inquietare, molestare seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit, indignationem nostri culminis se nouerit incursurum, et centum libras auri optimi, pro pena compositurum, medietate scilicet camere nostre, et reliqua medietate passis iniuriam applicanda. Ad huius autem innouationis et confirmationis nostre futuram memoriam et robur perpetuo ualiturum presens priuilegium fieri et bulla aurea tijpario nostre maiestatis impressa iussimus communiri. Huius rei testes sunt. Raimundus comes Tholosanus. Ernicho comes siluester. Berhtoldus comes sacrimontis. Ricchardus comes casertanus. magister Petrus de Vinea. Theobaldus Franciscus Gebehardus de Bitengowe et alii quam plures.

Signum domni nostri Friderici secundi dei gratia inuictissimi Romanorum jmperatoris semper Augusti, jerusalem et sicilie Regis.

Acta sunt hec anno dnice jncarnationis. millesimo ducentesimo quadragesimo, quarto. mense Augusto, secunde jndictionis. jmperante dno. nostro Friderico secundo gloriosissimo Romanorum jmperatore semper Augusto, jerusalem et Sicilie Rege. Romani jmperii eius anno vicesimo quarto, Regni jerusalem vicesimo, Regni uero Sicilie quadragesimo sexto. Datum Pisis anno mense et jndictione prescriptis.

Siegel in Gold an roth- seidenen Fäden.

167.

Garsilius prepositus, Erenfridus decanus totumque capitulum ecclesie bti. Alberti aquen. cunctis presentia visuris, quidquid utriusque vite felicius, ne rerum gesta fluxu temporum labentia per obliuionem labentur a memoria, scriptis et testibus perhennaturi. Hinc est, quod futuris et presentibus duximus intimare, quod nos ex consensu capituli et industria concessimus bona nostra in sti. Diohilii Wilre, que nominantur Condenutie, Arnoldo sue coniugi dne. Ode, quoad vixerint possidenda, singulis annis pro quatuor modiis siliginis et tribus modiis auene iure pactariorum soluendis et in claustro nostro suis expensis propriis presentandis, verum si predictos Arnoldum et Odam pariter contigerit habere liberos aut unum ex eis altero defuncto secunda sibi copulata persona post decessum sepedictorum Arnoldi et Ode, nullus heredum suorum aut successorum in bonis nostris predictis aliquod ius habebunt, nec hereditaria ratione inquietabunt, sed bona nostra prememorata plane, libere, absolute et omni sine cavillatione cum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omni suo prouentu et profectu nobis et nostre sicut antea fuerant, ecclesie cum omni remanebunt integritate. Acta sunt hec et data anno dnice incarnationis 1274. presentibus nobis Garsilio preposito, Erenfrido decano, Waltero cantore, Heinrico Scolastico, Heinrico rufo, Adam, johann Dulenario, Theodorico dicto Hulle, Arnoldo, Godescalco magistro, Renardo et Theodorico Rumblo canonicis s. Adalberti. et dno. Francho ac inuestito de Linse, et aliis quam plurimis et honestis et in robur fidei sigillo nostre ecclesie communita mense julio feliciter. amen.

(Appendebat sigillum ex filo serico in cera viridi impressum.)

168.

Vniuersis, ad quos presentes litteras peruenire contigerit, capitulum sti. adalberti de aquis res geste cognoscere veritatem. Cum que in tempore geruntur, tum tempore a memoria hominum elabuntur, nisi scripture amminiculo in eternitatis memoria conseruetur. jdeo presenti scripto tam futuris quam presentibus in perpetuum notum facimus, quod dnus. decanus et canonicus noster sa'ute sue anime prouidens imposterum in plena sanitate sui corporis et sui compos integraliter existens propter sue anime remedium obtulit et legauit capitulo nostro tres solidos colonien. in perpetuum recipiendos annuatim super domum suam, quam habet infra claustrum, et distribuendos canonicis post obitum ipsius in suo anniuersario, ut ipsi illud solemniter annis singulis faciant et deuote, et preterea legauit idem decanus nostro capitulo tres solidos leodien. recipiendos super molendinum suum de Vals in perpetuum, quod molendinum appellatur Tourié, ut inde fiat anniuersarium dne. Beatricis de Soron post ipsius decessum. ita quodsi decanus ante ipsam decesserit, ipsam eius de prefatis tribus solidis leod. memoratis, ceterum presentibus annectimus, quód prefatus decanus in nostra presentia donauit omnia, que ei ex hereditario iure peruenerunt, vel que aliunde acquisivit, tam in terris quam in pratis, ostis, et domibus, eidem Beatrici, quoad vixit, si ipsum ante dictam Beatricem de medio contigerit emigrare. saluo censu curie de Olne pro terra, quam ibidem tenet, et tenuit ab antiquo. Vt autem premissa robur obtineant perpetue firmitatis nos presentem scedulam sigillo nostro et suo pròprio fecimus communiri. Actum anno dni. 1247.

(Appendebant 2 sigilla in cera viridis coloris impressa ex caudis pergamenis.)

169.

In nomine patris et filij et spiritus sti. amen. || Willelmus diuina fauente clementia Romanor. Rex et semper Augustus Regalem decet sublimitatem paci et tranquillitati omnium intendere. et sua unicuique jura in statu solido conseruare. Vnde sicut equitas justicie et Regni auctoritas nos ammonent quieti fidelium nostrorum et iusticie toto nisu uolumus prouidere Et quoniam Aquisgranum ubi primo Romanor. Reges jnitiantur et coronantur. omnes prouincias post Romam et ciuitates dignitatis et honoris prerogatiua precellit. congruum et rationabile est. ut exemplo dni. et sti. Karoli. aliorumque predecessorum nostrorum. eundem locum et omnes inhabitantes regalis defensionis. et nostre clementie priuilegiis libertatis et bonarum consuetudinum confirmatione quasi muro et turribus muniamus. Verum quoniam ab humana facilius labuntur memoria que nec scripto nec testibus eternantur. sciant uniuersi presentes et posteri quod nos fidelium nostrorum ciuium aquens. precibus annuentes omnem iusticiam et libertatem quam gloriosus predecessor noster Karolus magnus Roman. jmperator Augustus. eis pre ceteris dedit et omnia que auus et pater dni. Friderici quondam jmperatoris et Henricus serenissimi Roman. jmperatores.. Alijque predecessores nostri. et idem Fridericus ante depositionem ipsius contulerunt eis confirmamus et lege imper-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

petuum valitura roboramus. Scilicet ut non solum clerici et laici loci huius indigene sed et omnes incole et aduene hic inhabitare uolentes presentes et futuri sub tuta et libera lege ab omni seruili conditione liberi uitam agant. ac omnes pariter ex auis et attauis ad hanc sedem pertinentes licet alibi moram facientes ab hac lege a nullo successore nostro uel ab aliquo machinatore legumque subuersore infringantur. nunquam de manu Regis nec jmperatoris alicui persone nobili uel ignobili in beneficio tradantur. suas etiam negotiationes per omne Roman. jmperium ab omni exactione theloneí. pedagij. caradie. uectigalis. seu quocumque nomine uocetur. liberi et absque ullo impedimento libere exercent sicut fecerunt temporibus antecessorum nostrorum. Nullus judex a nobis uel ab aliquo successore nostro aquis constitutus nostra uel sua auctoritate uel alicuius successoris nostri Regis uel jmperatoris talliam uel precariam in predictos ciues aquen. faciat nec eos aliquid dandum Regi uel jmperatori compellat. nisi quantum ipsi dare uoluerint de bona uoluntate. jniustam etiam et illicitam consuetudinem quam judices quandoque solebant accipere a uenditoribus panis et ceruisie in grauamen totius ciuitatis. penitus amouemus. Renouamus etiam et confirmamus eis ut nullus prenominatos ciues nostros aquen. ad seruitium aliquod ultra progredi compellat quam ut ipso die quo clara luce de domibus suis exierint cum splendore solis redire possint. jnhibemus etiam ne aliquis judex a nobis uel ab aliquo successore nostro constitutus in grauamen alicuius ciuis procedat nisi prout ei dictauerit sententia scabinorum. ut in nullo predictorum fidelium nostrorum libertas mutiletur. Et ut factum nostrum ratum et inconuulsum permaneat et totius perhennitatis robur optineat presentem cartam conscribi. et sigillo proprio fecimus communiri. Hujus rei testes sunt. Viri uenerabiles. Dnus. Petrus sti Georgij ad velum auream Diaconus cardinalis apostolice sedis legatus. Dominus Willelmus sabinensis Episcopus cardinalis. Cunradus colonien. Archiepiscopus. Heinricus Leodien. electus.. Episcopus monasterien.. Prumiensis et.. jndensis abbates. Otto prepositus aquen.. Maior prepositus colonien. Garsilius decanus aquen. Waleramus Dux Lemburgensis. Adolfus frater ejus comes de monte. Otto comes Gelrensis. Willelmus comes juliacen. Walramus frater eius. Theodericus comes de tikkelenborch.. comes de Cesselen. Gerardus comes de Nuenaren. Gerardus de Wassemberch. Gerardus de Randenrode. Arnoldus de Dist. Willelmus de Gremberch. et plures alij tam clerici quam laici. Datum aquis. XV. Kl. octobris. anno dni. M. CC. XLVIII.

Siegel im weissen Wachs an roth- und gelb- seidenen Fäden. Umschrift: Willelmus dei gratia Romanorum Rex semper augustus.

170.

Jnnocentius eps. seruus seruorum dei dilecto filio.. Electo leodien. salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte carissimi in cristo filij. Regis Roman. jllustris fuit a nobis cum instantia postulatum, ut cum propter obsidionem aquen. leodien. dioc. nonnulle ipsius loci ecclesie funditus sint destructe ei licentiam transferendi eas ad alia loca uicina ne de cetero possit contingere simile concedere curaremus. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus. Quatinus super hoc facias auctoritate nostra quod uideris expedire. contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni. V. jdus Decembris. pontificatus nostri anno sexto.

Siegel abgefallen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

171.

Innocentius — — , dilectis filijs ciuibus aquer. leodien. dioc. salutem et apostolicam benedictionem. Et si pro eo. quod reuersi estis ad deuotionem ecclesie intendamus nos uniuersos et singulos gratia prosequi et fauore pro eo tamen quod commendamini pre ceteris de uirtute constantie, ac fidei puritate , propensiori cura uos habere uolumus inter deuotos sedis apostolice speciales. Rogamus itaque vniuersitatem uestram attentius et hortamur, per apostolica uobis scripta mandantes, quatinus in ipsius sedis deuotione persistatis sic uiriliter et constanter, quod ea que de uobis dicuntur, cognosci ualeant euidentius per effectum, et nos qui sententiam latam in lugdunensi concilio contra. Fr. quondam jmperatorem et. C. natum eius faciemus inuiolabiliter obseruari, ad uestra et terre uestre comoda et honores fortius astringamur. Dat. Lugdun. VI. jd. Decembr. pontificatus nostri anno sexto.

Siegel abgefallen.

172.

Innocentius — dilectis filiis ciuibus aquen. leod. dioc. salutem et apostolicam benedictionem. Licet in reuersione vestri ad devotionem ecclesie plusquam expedient , fueritis pertinaces , quia tamen reversi precellitis , ut accepimus , alios virtute constantie ac fidei puritate , nos ob hoc volentes vos habere inter deuotos sedis apostolice speciales vobis vestris libenter annuimus et petitiones vestras , quantum cum deo possumus, fauorabiliter exaudimus. Eapropter dilecti in domino filii vestris supplicationibus inclinati privilegia , iura , et libertates habitatoribus terre vestre , a clare memorie carolo et aliis jmperatoribus et Regibus ab antiquo concessa , que carissimus in cristo filius noster W. Rex Romanor. illustris confirmasse dicitur , vobis persistentibus in deuotione ecclesie ac fauore, et per vos eidem terre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire , siquis autem hoc attentare presumpserit , indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni secundo jdus Decembris pontificatus nostri anno sexto.

Päbstl. Siegel in Blei an roth- und gelb- seidenen Fäden.

173.

Innocentius eps. seruus seruorum dei dilecto filio.. abbati sancti Trudonis leodien. dioc. salutem et apostolicam benedictionem. Cum carissimo in cristo filio nostro W. Regi Romanor. jllustri nonnullas gratias super diuersis articulis duxerimus concedendas. nos prouidere volentes, ne gratiarum ipsarum per aliquorum malitiam impediatur effectus, discretioni tue per apostolica scripta mandamus , quatinus eundem Regem seu etiam illos ad quos eedem gratie se extendunt per te vel per alios non permittas ab aliquibus super iamdictis gratiis aliquatenus molestari molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum , quod excommunicari vel suspendi aut interdici non possint absque ipsius sedis speciali mandato plenam et expressam faciente de indulto huiusmodi mentionem. Datum Lugduni iii. Non. januar. pontificatus nostri anno septimo.

Siegel abgerissen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

174.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. dilectis filiis decano et capitulo ecclesie sti. adalberti aquen. leod. dioc. salutem et apostolicam benedictionem. Licet is, de cuius munere venit. ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur, de habundantia pietatis sue, que merito supplicum excedit et vota bene seruientibus multo maiora retribuat, quam valeant promereri, nichilominus tamen desiderantes reddere domino populum acceptabilem, fideles christi ad complacendum ei quasi quibusdam alcativis indulgentiis scilicet et remissionibus inuitemus, ut exinde reddantur diuine gratie aptiores, cupientes igitur, ut ecclesia vestra congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui eandem ecclesiam a die palmarum usque ad octavas pasche et in sti. adalberti et ste. margarethe festiuitatibus usque ad earum octauas venerabiliter visitauerint, annuatim de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisi 40. dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Lugduni tertia jdus decembris pontificatus nostri anno sexto.

(Appendebat sigillum pontificium plumbo incusum ex filis sericis rubri et flavi coloris dependens.)

175.

Willelmus dei gratia Roman. Rex semper augustus dilectis fidelibus suis... vice consulibus... Aduocato. Scabinis et ministerialibus, necnon et vniuersis ciuibus aquen. gratiam suam et omne bonum. Vt ea, que iusticiam sapiunt et honestatem exigunt, prosequamur debita gratia et fauore. assumpti culminis sublimitas nos sollicitat et inducit. Sane igitur presenti scripto statuimus, et mandamus ab auctoritate regia firmiter precipientes, quatenus statuta inter uos de nouo rationabiliter et de communi eorum consensu ordinata. a uobis vniuersis et singulis usque ad tempus debitum inuiolabiliter obseruentur. Siquis uero transgressor huiusmodi extiterit, indignationem nostram se nouerit incurrisse. Datum apud Bruxellam. ii jdus Maij jndict. VIII.

(Kaiserliches Siegel in weissem Wachs an einem Pergamentstreifen.)

176.

Innocentius eps. seruus seruorum dei dilectis filiis decano, et capitulo ecclesie ste. Marie aquen. leod. dioc. salutem et apostolicam benedictionem. apostolice sedis benignitas sincere obsequentium vota fidelium fauore benevolo prosequi consueuit, et deuotorum personas, quas in sua deuotione promptas inuenerit et feruentes, quibusdam titulis decentibus decorare, ut autem ex speciali devotione, quam ad nos et Romanam ecclesiam habere re scimus, nec non ex consideratione carissimi in christo filii nostri Wilhelmi, Regis Romanor. illustris nobis super hoc instantius supplicantis. fauorem sentiatis. nobis apostolicam acercuisse authoritatem, vobis presentium tenore indulgemus, ut nullus delegatus vel subdelegatus ab eo executor sive etiam conseruator a sede apostolica vel legatus ipsius possit in vos excommunicationis, suspensionis aut interdicti sententias promulgare absque speciali mandato sedis eiusdem faciente plenam de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, aut ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni XII. Kal. Sept pontificatus nostri anno VII.

(Päpstl. Siegel in Blei.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

177.

Garsilius dei gratia prepositus, Erenfridus decanus totusque conuentus ecclesie bti. adalberti de aquis, omnibus presentia inspecturis in dno. salutem. Notum sit vniuersis presentibus et posteris, quod obligationem, quam Gerardus villicus noster de Omere cum Rudolpho de medelen suo cognato fecit, ratam habemus. Hanc scilicet quod decimam in Omere obligauit dicto Rudolpho pro 40 libris taliter, quod idem Rudolphus quolibet anno in festo martini persoluet 7 marcas colon. monete et assignauit eas nuncio, siue pactario prepositi et ecclesie nominatorum. jnsuper idem Villicus et Rudolphus se obligauerunt, siquis defectus in his habitus fuerit sub bonis, que habent ab ecclesia se in integrum satisfacturos, et ecclesiam facient ab omni questione indempnem. jn cuius rei testimonium dicti Gerardus et Rudolphus petiuerunt contractum presentem sigillis mei prepositi et ecclesie sigillari et rogata sigilla nostra apposuimus. Actum et Datum aquis anno dni. 1251. mense junio.

(Appendebant 2 sigilla ex caudis pergamenis, que perdita sunt.)

178.

Frater Hugo miseratione dei. ecclesie ste. Sabine presbiter cardinalis apostolice sedis legatus. dilectis in cristo vniuersitati hominum aquen. leodien. dioc. salutem in dno. Deuotionis uestre sinceritas promeretur, ut vos benigni fauoris gratia foueamus. Vestris igitur supplicationibus benignum impertientes assensum, auctoritate uobis presentium indulgemus, quod per litteras nostras impetratas, per quas non fit ad citationem processum seu etiam impetrandas, extra villam aquen. trahi ad iudicium non possitis, quamdiu coram.. decano et.. plebano aquen. ordinariis uestris parati fueritis conquerentibus de uobis iustitiam exhibere dummodo in litteris ipsis nulla de indulgentia presenti mentio habeatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Leodii X. Kal. Maij pontificatus dni. jnnocentii pape IIII. anno nono.

(Siegel oval im weissen Wachs an gelb- und roth- seidenen Fäden.)

179.

J. n. dni. amen. Ne virtutis et honesti fidelis opera demoliatur obliuionis tinea. Garsilius dei gratia ecclesie sti. adalberti aquen. prepositus vniuersis per presentia notificamus, quod nos nostri conuentus reddituum tenuitatem non modicam attendentes et eius defectui pro nostra possibilitate consulere cupientes, ad crebram dni. decani nostri et conuentus ipsius petitionem necnon et ex prudentum consilio virorum ob dei reuerentiam nostram nostrorumque successorum prepositorum salutem ius patronatus Ecclesie in One, quod ad nos ratione prepositure nostre spectabat, deo et sanctis martiribus Adalberto et Ermeti cum omni integritate sua donauimus et optulimus libere, simpliciter et absolute in usus contratrum ibi pio jhesu et suis sanctis seruientium perpetuo conuertendum, ipsi quoque prout nouerint expedire predicte ecclesie studeant prouidere. denique vero predicti decanus noster et conuentus affectum nostrum et bonam voluntatem considerantes, collationem unius prebende uidelicet dni. Erenfridi tunc decani nostri. cum vacauerit, in manus nostras redonarunt, a nobis, nostrisque successoribus prepositis in perpetuum de persona in personam, prout se tempus obtulerit, legitime conferendam. Verum et ut talis actio non inanis maneat, sed robur firmitatis habeat, sepedictorum nostri decani et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conventus sigillis et nostro hanc scedulam exinde conscriptam decreuimus communiri. Acta sunt hec et conscripta anno dnice. incarnat. 1253. mense decembri feliciter.

(Dependebant 3 sigilla ex linco filo in cera flava impressa.)

180.

Clemens Episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis uniuersis clericis et laicis aquensibus leod. dioc. salutem et apostolicam benedictionem. Tenorem quarundam literarum felicis recordationis jnnocentii pape predecessoris nostri prout continetur in Registro predecessoris eiusdem de verbo ad verbum nichil addito vel mutato fecimus presentibus annotari, qui talis est.

Jnnocentius eps. seruus seruorum dei, dilectis filiis uniuersis clericis et laicis aquen. leod. dioc. salutem et apostolicam benedictionem. quia post reditum vestrum ad deuotionem ecclesie tam in fide quam in obsequio carissimi in cristo filii nostri W. Regis Roman. illustris intelligimus vos fervere, nos personas vestras ob id, et eiusdem Regis obtentu nobis super iis pro vobis cum instantia supplicantis honorare volentes dono gratie specialis vobis in devotione ecclesie ac Regis persistentibus authoritate presentium indulgemus ut extra muros aquen. vos omnes vel singuli non possitis per literas apostolice sedis uel legatorum eiusdem super aliquibus negotiis in judicium evocari absque speciali mandato sedis ipsius faciente plenam et expressam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionen. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Data Perusie Kal. martij pontificatus nostri anno decimo.

Nos autem per hoc ius nouum acquiri nolumus sed acquisitum tantummodo conseruare. Dat. Viterbii III. jdus aprilis pontificatus nostri anno tertio.

181.

Heinricus dei gratia leod. Eps. dilecto in cristo Abbati roden. leod. dioc. salutem in dno. cum nos donationi, quam fecit libere Garsilius prepositus ecclesie sti. Adalberti aquen. iuris patronatus, quod habebat in ecclesia de One, sita in nostro episcopatu ecclesie sue predicte consentientes, et eam ratam habentes, auctoritate nostra duxerimus confirmandam, concedentes ex nostra gratia speciali, ut ipsa ecclesia sti. adalberti fructus prefate ecclesie de One conuertat in usus prebendarum ipsius, competenti portione rectori assignata, ita tamen, quod rector in ipsa ecclesia constitutus nobis, successoribus nostris necnon et archidiaconis respondeat in omnibus et per omnia de iuribus nostris ecclesie antedicte, vobis presentium auctoritate mandamus, quatenus ipsam ecclesiam vel fratres eiusdem non permittatis super premissis contra confirmationis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum anno dni. 1254 mense septembris.

(Appendebat sigillum ex cauda membrana in cera viridi impressum.)

182.

Ego.. Conradus rufus et uxor mea Berta omnibus presentia inspecturis notum facimus, quod vendidimus magistro.. Helfrico canonico ste. Marie in aquis tres amas vini annuatim, quas contulit ecclesie pre-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicte in vineis meis videlicet in Gudindalin in tribus quartarijs, et in Dalheijm, in dimidio jurnali, jta quod nullus heredum nostrorum dictas vineas dividere poterit, sed semper unus integraliter possidebit, qui respondeat ecclesie aquen. de vino predicto. Si autem tanta sterilitas evenerit, quod absit, quod predictis vineis dicte tres ame haberi non possent, earum defectus in sequenti anno suppleri debet. Et ego et uxor mea et pueri et heredes hijs tribus amis ad opus predicte ecclesie aquen. renunciauimus effestucando. Acta sunt hec coram dno. Hartwigo judice in Sintzghe et quibusdam alijs videlicet plebano in Sintzge Riperto, dno. Johanne bono, Heinrico Stilmanno, Alberto Hatristoit, Heinrico Nosin, Heinrico Bug, Theoderico Nosin et fratre suo Wigando et cristiano quondam sculteto. Acta sunt hec anno dni. millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto. et ad majorem firmitatem presens scriptum tam ego quam uxor mea, heredes mei sigillari rogauimus sigillis videlicet dni. Riperti plebani in Sintzge et dni. johannis boni militis eiusdem loci.

183.

J. n dni. amen. Vniuersis cristi fidelibus presentium inspectoribus innotescat, quod Renerus filius quondam dni. Giselbern pie memorie, sti. Adalberti aquen. canonici cauillationi et versutie mortalium ipse prouidus, cupiens obuiare, aream et domum, quam tenet de conuentu dicte ecclesie sti. Adalberti, quam et idem propriis sumptibus comparauit, nec non et dicte ecclesie annuatim in casu soluit duos solidos denar. aquen. legalium ex assensu et consensu matris sue Aleidis, fratrumque suorum, johannis et Marsilii, simulque sororum suarum, Mechtildis, Clementie et Gertrudis et etiam auunculi eiusdem, Arnoldi cognominati Hufaliz, consilioque prefinito legauit, et coram dno. Thijrico thesaurario supradicte ecclesie tunc vicedecano et scabinis videlicet: Arnoldo Hufaliz, Heriberto, Helia, ciuibusque Richolto et Cunrado, cognomine Eifleie et aliis quam pluribus condonauit Renero et johanni suis filiis et alumnis. jta videlicet quoad vixerit de predicta area et domo suam faciet voluntatem, et post suum decessum, dicti pueri scilicet Renerus et johannes eadem libere fruentur hereditate, ut vero hoc firmum maneat et inconulsum petiuit prenominatus Renerus clericus hanc scedulam exinde conscriptam sigillo sepedicte ecclesie sti. Adalberti communiri. Acta sunt hec et data anno dni. 1255. mense januario feliciter amen.

(Appendebat sigillum ex cauda pergameni.)

184.

Arsilius dei gratia decanus totumque capitulum ecclesie bte. Marie aquen.. Notum facimus, quod nos de 35 marcis, quas nobis soluunt annuatim Abbatissa et conventus de Camera cijstercien. ord. de bonis in Filuorde vendidimus conrado cantori nostro 15 marcas annuatim pro 200 marcis parate pecunie, de quibus nobis integraliter satisfecit. jpse vero ob remedium anime sue easdem 15 marcas et 6 marcas annuatim comparandas de domo sua claustrali, hoc modo, quod quicumque canonicus eandem domum habebit, comparauit ecclesie 6 marcas reddituum pro anima ipsius cantoris, et sic quilibet successor in eadem domo pro antecessore suo 6 marcas reddituum annuorum ecclesie imperpetuum, comparabit, et 5 marcas et dimidiam de domo in foro, que coruus dicitur, et dimidiam marcam de area retro adiacente, et 10 solidos a dno. Martino, de domo proxima, et 16 solidos cum 52 caponibus, quos capones cum 6 caponibus quos habet alibi, estimat ad 13 solidos. item in maiori balneo marcas tres et dimidiam, item in IIII. domibus retro curiam suam solidos uiginti et octo, it. de quadam area ante cimiterium Richterchijn solidos 2 et capones 4. it. de planka una in foro solidos 4 et 2 pondera sepi, que estimat ad 2 solidos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum 4 denarijs et 2 caponibus, quos habet in Domerswinkele et in eadem planka habet.. Amelius de Foresto 3 solidos. it. colonie 3 marcas et fertonem, quas habet ibidem in domo, que dicitur junefrouwe in parochia sti. Martini ex opposito ste. Marie in capitolio, quorum denariorum omnium summa ascendit ad 40 marcas, ecclesie nostre legauit et tradidit libere et absolute, usufructu eorundem bonorum de consensu et voluntate nostra ad dies vite sue sibi reseruato. Hos denarios ore proprio. sic ordinavit distribuendos. (Cetera fere ut in Urkundia ad annum 1261. S. Geschichte der Schlösser Schonau und Uersfeld 1837. N. I.) Actum et datum anno dni. 1256.

185.

Alexander eps. servus servorum dei dilectis filiis decano et capitulo ecclesie aquen. leod. dioc. salutem et apostolicam benedictionem. iustis petentium desiderijs dignum est. nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere, cum igitur sicut petitio vestra nobis exhibita continebat. dilectus filius Otto prepositus ecclesie vestre ius patronatus, quod habebat in, de Herstallio et de Berge, ecclesiis Leod. dioc. accedente diocesani loci consensu, vobis et per vos eidem ecclesie vestre pia et prouida liberalitate duxit concedendum prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri, nos vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem preposito super hoc provide factum est, ratum et gratum habentes, id authoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani XIII. Kal. martii pontificatus nostri anno secundo.

Pro copia collata cum originali H. W. Graven, Secret. et not. apostolicus.

186.

In nomine Patris et Filij et Spiritus sti. Ricardus dei gratia Roman. Rex semper Augustus. Regalem decet sublimitatem pāci et quieti omnium intendere st sua unicuique iura in statu solido conseruare. Vnde sicut equitas iusticie, et Regni auctoritas nos ammonent, quieti ac tranquillitati fidelium nostrorum et iusticie toto nisu uolumus prouidere. Et quum Aquisgranum ubi primo Rom. Reges initiantur et coronantur, omnes prouincias post Romam, et ciuitates dignitatis et honoris prerogatiua precellit congruum et rationabile est, ut exemplo domni et sti. Karoli aliorumque predecessorum nostrorum jmperatorum et Regum, eundem locum et omnes inhabitantes Regalis defensionis et nostre clementie priuilegiis libertatis et bonarum consuetudinum confirmatione, quasi muro et turribus muniamus. Verum quum ab humana facilius elabuntur memoria que nec scripto nec testibus eternantur, sciant vniuersi presentes et posteri, quod nos fidelium nostrorum ciuium aquens. precibus annuentes omnem iusticiam et libertatem, quam gloriosus predecessor noster Karolus magnus Rom. jmperator augustus eis pre ceteris dedit, et omnia que diui Augusti Rom. jmperatores Fredericus et Henricus aliique predecessores nostri contulerunt, eis confirmamus et lege in perpetuum valitura roboramus. scilicet, ut non solum clerici et laici loci huius indigene, sed et omnes incole et aduene hic inhabitare uolentes, presentes et futuri sub tuta et libera lege. ab omni seruili conditione liberi vitam agant. ac omnes pariter ex auis et attauis ad hanc sedem pertinentes licet alibi moram facientes, ab hac lege a nullo successore nostro nec ab aliquo machinatore legumque subuersore infringantur. nunquam de manu Regis uel jmperatoris alicui persone nobili uel ignobili in beneficio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tradantur, nec ipsa ciuitas, nec aliquid ei attinens alicui hominum ualeat occupari. Suas etiam negotiationes per omne Rom. jmperium ab omni exactione thelonei, pedagij, carradie, uectigalis, seu quocumque nomine uocetur, liberi et absque omni impedimento libere excerceant, sicut fecerunt temporibus antecessorum nostrorum. Nullus etiam iudex a nobis uel ab aliquo successore nostro Aquis constitutus nostra uel sua auctoritate, uel alicuius successoris nostri Regis uel jmperatoris, talliam uel precariam in predictos ciues aquen. faciat, nec eos ad aliquid dandum Regi uel jmperatori compellat, nisi quantum ipsi de sua bona uoluerint facere uoluntate. jniustam etiam et illicitam consuetudinem quam judices quandoque solebant accipere a uenditoribus panis et ceruisie in grauamen totius ciuitatis penitus ammouemus. Renouamus eciam eis et confirmamus, ut nullus prenotatos ciues nostros aquen. ad aliquod seruicium ultra progredi compellat, quam ut ipso die, quo clara luce de domibus suis exierint, cum splendore solis redire possint. jnhibemus eciam ne aliquis judex aquen. a nobis uel ab aliquo successore nostro constitutus, in grauamen alicuius ciuis procedat, nisi prout ei dictauerit sentencia scabinorum. Vt in nullo predictorum fidelium nostrorum libertas, aliquatenus mutiletur. Pro sincera etiam dilectione quam ad ipsos nostri predecessores habuisse noscuntur, et nos habemus ipsorum supplicationibus fauorabiliter inclinati presens priuilegium de Regalis preminencie. gracia eis duximus indulgendum. Statuentes nichilominus, et Regali sanctientes edicto ut nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nulla denique persona alta uel humilis, ecclesiastica uel mundana, vniuersitatem predictam contra presentis priuilegii nostri tenorem, ausu temerario inquietare, molestare, seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit indignationem nostri culminis se nouerit incursurum. et centum libras auri optimi pro pena compositurum medietate scilicet camere nostre, et reliqua medietate passis iniuriam applicanda. jtem statuimus, ut memorati ciues aquen inter se de bonis suis colligere ualeant, unde se et ciuitatem nostram aquen. muniant ad honorem jmperii et profectum. et hoc faciendum uel omittendum eorum relinquimus arbitrio, prout ips's nostro honori, magnificentie regali et eorum necessitati uidebitur expedire. Et quicquid sic de bonis suis inter se collegerint, vel de communibus prouentibus ciuitatis prouenerit nunquam aliquid in nostros usus aut alicuius successoris nostri, seu cuiuslibet alterius hominis conuerti uolumus. sed eorum munitioni, aliisque communibus agendis ciuitatis, totaliter deputamus. Huius rei hy sunt testes ven. G. Maguntinus. et C. colonien. Archiepiscopi.. Cameracen. Traiecten.. Monasterien. Paderburnen. Episcopi.. Leodien. electus, et.. Abbas jnden. dilecti principes nostri. Nobiles viri Otto comes Gelren. Florentius tutor Hollandie. Th. senior et Th. iunior comites cliuen. Waleramus dux de Limburg. H. comes de Lucelimburg, Willelmus comes juliacen. Arnoldus comes de Los. Adulfus comes de Monte.. comes Barren. johannes de Auennis et Baldvvinus frater suus. johannes comes de Spaenheim. Sijmon Fr. eius. Emecho comes siluester, et.. comes de Niwenar. Th. dnus. de Valkenburg. comes Geminipontis. Waleramus de juliacho. Gerardus de Lucelemburg. Bernardus dnus. de Lippia. Willelmus dnus. de Altena. Wernerus de Bolandia et Philippus de Falkenstein. dilecti fideles nostri.. Vt autem hec omnia robur obtineant perpetue firmitatis presentes litteras exinde conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Actum et Datum Aquisgrani XXII. die mensis maij jndictione XV. Anno dni. millesimo ducent. quinquag. septimo. Regni vero nostri anno primo.

Kaiserliches Siegel in weissem Wachs in einer hölzernen Kapsel an roth- und grün- seidenen Fäden.

187.

Garsilius dei gracia Decanus ecclesie aquen. notum facimus uniuersis quod nos mansum unum terre arabilis jacentem in territorio de Drune mouentem a domino archiepiscopo colonien. qui dicitur mansus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

piscature, quem nos emimus denarijs nostris à Walewano de Busdorp et Guda uxore eius et heredibus ipsius Gude a quibus idem mansus processerat ecclesie aquen. libere et absolute contulimus in elemosinam propter deum jta tamen quod post obitum nostrum de fructibus eiusdem mansi anniuersarius noster annuatim solemniter fiat in ecclesia memorata et ijdem fructus fratribus presentibus in eodem nostro anniuersario distribuantur. jn cuius rei testimonium presens scriptum conscribi et sigillo nostro fecimus communiri. Actum et datum anno dni. M. CC. LVII. in vigilia nativitatis eiusdem.

188.

Alexander eps. seruus seruorum dei. Dilectis filiis aduocato et consilio aquensi. salutem et apostolicam benedictionem. dum magnifica et pia gesta catholicorum Regum et principum orbis terre ante oculos mentis nostre reducimus, dum clara et deuota ipsorum opera diligenter aduertimus, et eximia rectitudinis merita, quibus eorum singuli se deo gratos, et ecclesie Romane, matri fidelium acceptos et utiles sub diuersitate temporum reddiderunt, ad memoriam reuocamus, recolenda utique, ac merito collaudanda virtutum acta, per que carissimus in cristo filius noster Richardus in Roman. Regem electus et coronatus, in jmperatorem authore domino promouendus, in oculis semper diuine compleuit maiestatis et apostolice sedis sibi fauorem et gratiam vendicauit, sic specialiter nobis in promtu occurrunt, quod nequimus ab illis nostri cordis aciem declinare, cum quasi quedam fulgentia in ecclesia dei sidera luceant, et ab aliis sicut magna luminaria discernantur. Hic siquidem ab annis teneris deum tenere diligens, ipsum tenere corde non desit, studens continue per suorum incedere semitam mandatorum, nam fide preclarus, deuotione sincerus, et insuperabili virtutum armatura munitus suos in paruis nesciuit probare conatus, sed propugnator ecclesie inclitus factis semper prefulsit sublimibus, suum celebre ac memoriale nomen ad superni Regis laudem, et gloriam et augmentum fidei cristiane diffundens et notificans, ubique per orbem, ac de se ipso principibus aliis exhibens exempla salutis: hic etiam in fulcimento fidei et ecclesie munimento preambulum magisterium, et speculum aliorum sue juuentutis annos dedicans obsequiis crucifixi saluifice crucis assumpto signaculo potenter in terre sancte subsidium transfretauit, pro cuius terre defensione, ac munitione quam strenue preliatus est prelia domini contra blasphemos nominis cristiani, et quam large, quam copiose, quamque liberaliter ibidem pro incremento fidei et redemptione cristianorum, magnatum et aliorum, quorum numerosam multitudinem per diuersas Egijpti, et alias orientales partes durus, asper, et intolerabilis Sarracenorum carcer tenebat, inclusam suos thesauros effudit, ipsa rei testatur veritas, et etiam predicte archiuus ecclesie ad perpetuam memoriam continet et conseruat Hic quoque ecclesias et personas ecclesiasticas, earumque libertates, et jura dilexit semper, manutenuit et protexit, quoddam insigne monasterium cisterciensis ord. ac hospitalia, et alia pia loca de bonis sibi a deo collatis fundando munifice et munificentius pie dotando. viduas et orphanos a quibuslibet semper releuauit oppressionibus et incessanter pie erogauit et erogat elemosinarum subsidia pauperibus, et egenis cristum pauperem oculo benigno respiciens in eisdem. Hic insuper in deuotione ad nos, et ecclesiam stabilis et accensus, omnimodam continue apostolice sedi, eiusque legatis et nuntiis reuerentiam studuit exhibere, magnificum ipsius fauorem, quociens fuit expediens in cunctis ecclesie agendis potenter et patenter impendens, ad eiusdem sedis exaltationem totis intendendo uiribus, cunctisque studiis laborando. laudabiliter etenim veterum catholicorum, Regum, et principum imitator existens, quia cum diuine bonitatis abundantia, secularibus noscitur gratiis pretiguisse, recolendos ipsorum actus amplectitur, ambulat per uias eorum, nunquam a tramite iustitie declinando: habetque illorum probitatem in mente conscriptam eam sedulo grandium et salubrium actuum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

clara operatione recensens et studens continue gestis deuotionibus adjicere super ipsarum veritate, puritate, caritate, omnem in eo fauorem habentibus, stabilemque in ipso facientibus mansionem: annon ergo ex his promptum in vobis et ecclesia esse debet ad sui honoris cumulum libenter assurgere, eiusque promotioni ferventer intendere, ac ad omne ipsius bonum opem impendere, et operam efficacem annon etiam dignum est, ut ecclesia eadem, illum quem prius, quam ad apicem dignitatis iam assumpte conscenderet, tot cognouit virtutibus presignitum, tot ornatum gratiis, totque meritis decoratum, in aduocatum sibi et defensorem his presertim diebus assumat, et habeat, in quibus insurgentium undique tribulationum, et vexationum malleis flagellatur, quatenus ipsius brachio predicte ecclesie iura defendantur fideliter, eiusque hostes, persecutores et emuli fortiter arceantur. Speramus utique, et in superni Regis virtute confidimus, quod ipse, quem dictus filius noster carissimus in assumpto jmperij negotio sibi posuisse dicitur fundamentum, et prosequendi laudabiliter et feliciter consumandi tam ipsius jmperij, quam ecclesie negotium, gratiam largitur, ita quod sub eius studioso ducatu status ecclesie, ac mundo pacificus proueniet et tranquillus: cum itaque odor piorum operum huius filij nostri carissimi, sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus quadam delectabili suauitate nostrum iam allexerit, et alliciat animum ad omnia, que ipsius exaltationem respicere dinoscuntur, eiusque personam, quam intima sinceritate complectimur, et in cuius profectibus specialiter delectamur, ad assequendam tante dignitatis preminentiam ceteris mundi principibus ad hoc idoneis penitus preferamus, ad nostra in hoc voluntas firma, et stabilis, nostrumque votum immobile perseueret, cum etiam illam geramus de vestra deuotione fiduciam, ut speremus firmiter, quod libenter vos nostris beneplacitis cooptetis, uniuersitatem vestram de fratrum nostrorum consilio monemus, rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus habentes in eiusmodi negotio ad deum, et ecclesiam sponsam suam, et ad nos, qui ipsius negotii in personam dicti filii nostri carissimi promotionem cunctis desideriis affectamus, ex innata vobis bonitate respectum in fidelitate, et deuotione ipsius consueta constantia persistatis eidem ad hoc, ut dictum negotium gratia sibi cooperante, diuina laudabiliter prosequi, eique optato fine ad laudem et gloriam diuini nominis, honorem ecclesie, ac augmentum cristiane fidei concludere valeat impendentes consilium auxilium et fauorem, scituri quod ex hoc deo ut credimus, et nobis plurimum complacebilis, nosque inuenietis ad cuncta vestra, et terre vestre commoda proniores et ecce dilectum filium fratrem Gualterum de Rogate, ordinis minorum penitentiarium nostrum, virum utique religione conspicuum, moribus et scientia preditum, nobisque sue meritis probitatis ad vos propter hoc specialiter duximus destinandum, qui sinceritatem amoris, fauoris plenitudinem et puritatis affectum, quibus personam memorati carissimi filii nostri constanter prosequimur, nostramque vobis mentem aptius indicabit, cui etiam in his, que vobis ex parte nostra dixerit, firmam fidem adhibere curetis, illaque adimpleatis efficaciter juxta posse. Datum Anagnie secundo idus martij, pontificatus nostri anno quinto.

189.

Alexander Eps. s ruus seruorum dei dilectis filiis aduocato scabinis ministerialibus, consulibus et communitati aquisgrani leod. dioc. salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus fauorem beneuolum impertiri. capropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurentes assensu personas vestras cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis. sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere, vel si ausu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

temerario contraire, siquis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Anagnie quarto jdus junij, pontificatus nostri anno sexto.

Päbstliches Siegel an roth- und gelb- seidenen Fäden.

190.

Garsilius dei gratia.. decanus totumque capitulum ecclesie bte. Marie in aquis. notum facimus vniversis, quod Magister Helpericus concanonicus noster emit apud Sintzge suis denarijs decem amas vini et in Kesselheim tres amas solvendas eidem singulis annis de vineis ad hoc obligatis, de quibus solvit johannes dictus de curia in Sintzge amam unam de vineis suis Langenberch sub vico novo in Mandelsdale et in custodia de Dalheijm. relicta Wigandi filii pedis amam et dimidiam de vineis suis super vomer. Albertus frater Wigandi amam et dimidiam de vineis suis super Berghe Conradus rufus maritus Berte quatuor amas, de quibus tres assignavit in vineis suis Gudendale et Dalheijm et quartam in vinea sua in Horberch videlicet in jurnali. jtem in Kesselheijm Rudolphus maritus Gertrudis solvit tres amas de vineis suis videlicet de tribus quartis in Wennendale, quas ipse presentabit in curia nostra. Et cum idem Helpericus de hoc vino vellet ordinare testamentum suum in ecclesia nostra petivit a nobis, ut nos estimatis laboribus et expensis, quod residuum esse posset, et in nostro cellario assignaremus Nos igitur consideratis circumstantijs quinque amas nobis reservavimus pro laboribus et expensis et alias octo ei assignavimus in notro cellario recipiendas jta tamen aliquo casu vel infortunio dictum vinum aliquo anno plene non persolvitur, ipse dampnum proporcionaliter patiatur. et quia predicti in sequenti anno tenentur supplere defectum anni preteriti, ipse de supplemento similiter suam percipiat portionem, quia quicquid uno anno detinetur, hoc in annis sequentibus refundere tenebuntur. Et ut hec robur perpetue firmitatis obtinentur sigillum ecclesie nostre una cum sigillo predicti magistri Helperici appendimus huic scripto. Actum et datum in capitulo nostro in crastino bte. Lucie virginis anno dni. millesimo CC. sexagesimo primo.

191.

Waleramus dux Limburgen. notum facimus vniuersis, quod dum nos proficisci contingit super Weseram et Urtam ad expediendam aquam de indebitis piscaturis, et aliis occupationibus minus iustis ac nostre comitiue debentur. expense unius noctis apud One, de quarum solutione, cum diu dissentio mota fuisset inter decanum et capitulum ecclesie sti. Adalberti aquen. ex una parte, et homines parochie ipsius ville de One ex altera. Nos facta diligenti inquisitione et investigatione inuenimus de bona veritate seniorum et fidelium terre uestre, dictos decanum et capitulum teneri tantum ad dimidietatem dictarum expensarum et homines dicte parochie ad residuam dimidietatem, vnde nos hoc modo rescriptum habere volumus de solutione nobis facienda, et quicumque dictarum partium dimidietatem se contingentem soluere recusauit, ipsam ad solutionem debitam compellemus, et alteram quitam clamabimus, qui suam soluit dimidietatem. jn cuius rei testimonium presentem litteram cum appensione sigilli nostri dictis decano et capitulo, nec non et hominibus predicte parochie dedimus communitam. Datum feria quarta post palmas anno dni. 1262.

(Appendebat sigillum in alba cera impressum.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

192.

Hic est modus et forma sub quibus jllustris Ricardus Rex Alemannie filius Regis Anglie, et qui ortum produxit ab Anglia in bona prosperitate Aquis constitutus de mera uoluntate sua legauit Capelle beate Marie de Aquis unam coronam auream cum rubinis, smaragdis, saffiris, margaritis, et alijs preciosissimis lapidibus pulcherrime ornatam. et unum par Regalium uestium de armis suis cum uno sceptro et uno pomo deauratis imperpetuum ibidem custodienda sub hac forma uidelicet, quod predicta omnia signa Regalia reponantur in Thesauro ibidem sub custodia et sigillis Prepositi. Decani et capituli eiusdem loci. Statuit etiam idem Rex et ordinauit, quod predicta corona et alia signa Regalia sint in eadem capella sub custodia et sigillis scabinorum, et sigillo communi ciuitatis eiusdem imperpetuum, jta quod corona predicta et alia signa Regalia sint parata et prompta, ad coronandum tantummodo ibidem omnes Reges Alemannie, qui processu temporis eidem Regi succedent imperpetuum. in eodem Regno. et post ipsorum Regum coronationem statim ipsa corona et alia signa Regalia loco reponantur quo prius imperpetuum ibidem custodienda. Statuit etiam idem Rex et ordinauit de corona et alijs signis Regalibus quod ab eodem loco seu capella predicta non amoueantur nec uendantur pro aliqua necessitate urgente seu casu contingenti nel alio modo quocumque pro necessitate alicuius uel aliquorum ecclesie seu ciuitatis eiusdem pro guerra aliqua sustinenda. nec pro Rege seu aliquo de mundo alio. . Quicumque autem contra hoc venerit seu ordinationem istam vel legatum istud uiolare uel aliquo modo interrumpere presumpserit maledictionem diuinam bte. Virginis et omnium sanctorum noscat se incursurum. jn cuius rei testimonium jdem Rex presenti scripto sigillum suum fecit apponi. Datum Aquis anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo Regni uero nostri. sexto.

Vniuersis cristi et jmperii fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit. prepositus decanus et capitulum Aquens scabini et tota communitas ciuitatis eiusdem salutem in domino Vniuersitati uestre notum facimus per presentes, nos predictos prepositum. decanum et capitulum de communi assensu nostro. et nos predictos scabinos. et totam communitatem ciuitatis bona fide. et sub fidelitate qua deo sumus astricti, et jmperio. pro nobis successoribus et heredibus nostris recepisse custodiam corone. regalium sceptri et pomi, que illustris Ricardus Rex Alemannie, filius Regis Anglie legauit Regno Alemannie, ad coronandum apud aquis omnes Reges Alemannie, et ei processu temporis in eodem Regno succedentes jta quod ipsis Regibus coronatis, statim predicta corona et alia signa Regalia predicta in Thesauro in predicta ecclesia de aquis reponantur imperpetuum. sub nostra successorum et heredum nostrorum custodia. secundum ordinationem ipsius Regis fideliter sicut superius scriptum est conseruanda sic deus nos adiuuet et sancta euangelia. et in fide, qua deo et beate Marie tenemur et jmperio. jn cuius rei testimonium tam nos prepositus decanus et capitulum quam predicti scabini et communitas. sigillum capituli nostri. et sigillum communitatis ciuitatis eiusdem presenti scripto ubi sigillum ipsius Regis dni. nostri appendet, duximus bona fide apponendum una cum sigillis nostris. Datum aquis anno domini. millesimo ducentesimo sexagesimo secundo. Regni uero nostri sexto.

5 Siegel im rothen Wachs an Pergament-Streifen die der Stadt und des Dechanten abgerissen. Das Kaiserliche Siegel mit der Umschrift Ricardus : dei : gracia : Romanorum : Rex : semper : augustus : die des Propstes : Carsilii dei gracia prepos. aquensis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

193.

Garsilius dei gratia prepositus ecclesie sti. adalberti aquen. omnibus presentes litteras inspecturis in dno. salutem. Nouerint uniuersi presentes et posteri, quod venerabiles viri decanus et capitulum ecclesie nostre sti. adalberti predicti nobis concesserunt ad vitam nostram aream domui nostre supra montem adiacentem, que area quondam fuerat magistri Nicolai quondam canonici ecclesie nostre, pro quatuor caponibus annuatim soluendis dictis decano et capitulo in festo bti. Stephani hijemali post obitum vero nostrum dicta area et quicquid in ea edificaverimus sine conditione qualibet ad dictam nostram ecclesiam reuertetur. jn cuius rei testimonium presentes litteras eidem ecclesie nostre sigillo nostro dedimus communitas. Actum et datum anno dni. 1263. in cratino seuerini episcopi.

(Appendebat sigillum ex cauda pergameni in cera alba.)

194.

Omnibus presentes litteras visuris Arnoldus dnus. de Steijne salutem et cognoscere veritatem. Noverint singuli et universi, quod nos venditionem, renuntiationem et effestucationem curie et bonorum de Binghenrode a dilecta nepte nostra Hijlwige et marito suo Godefrido nato dni. Tilmanni de Schinne coram dno. Th. felicis recordationis quondam dno. de Falkenburg ad opus decani et capituli aquen. olim factas et imprime coram Walramo filio suo nunc dno. de Falkenburgh et suis fidelibus ac vasallis innovatas, ratas habemus et gratas, tamque dicte Heijlwigis tutor et memburnus, et quia a fidelibus et vasallis W. dni. de Falkenburgh predicti sententiatum existit, quod huiusmodi ratihabitio coram duobus fidelibus vel vasallis dicti W. tanquam coram ipso convenienter fieri possit. Nos eandem ratihabitationem coram duobus fidelibus vel vasallis prefati W. videlicet Gerardo de Bünde et Egero de Haren militibus ad hoc specialiter ab eodem W. deputatis et ad petitionem predicte H. neptis nostre confessi sumus et fecimus sufficienter et per presentes confitemur. jn cuius facti testimonium duximus sigillum nostrum presentibus apponendum. Datum anno dni. millesimo CC. LX. tercio dominica, qua cantatur letare jherusalem.

195.

Nos johannes dei gracia jn Abbatem monasterii jnden. electus et confirmatus. Tenore presentium recognoscimus et protestamur, quod in refusionem annue pensionis quadraginta librarum alborum, quam dilecti in cristo prior ceterique fratres monasterij nostri jacobo et vxori eius quam ad presens habent. ciuibus Tornacensibus in bonis de Acinia ad conuentum jnden. specialiter pertinentibus ad uitam eorundem ciuium assignauerunt occasione nostri debiti recipiendam. Dictas quadragintas de oblacionibus altaris bti. Cornelij sicut jnhoc dilectus patruus noster Thessaurarius quondam Abbas monasterii nostri concensisse dinoscitur. Jnfra dedicationem aquen. et festum bti. Remigii durante pensione predicta anno quolibet persoluemus. pro qua solucione eisdem nostris fratribus omnes reditus et prouentus nostros de curia de Oweshem nondum alicui obligatos obligauimus tali pacto, quod defectum cuiuslibet anni siquod in dicta solucione dicti fratres habuerint in prefatis prouentibus et reditibus primi anni recuperabunt illud, quod excreuerit in vsus nostros liberaliter relinquentes. Nisi quod absit guerra . . . . uel commune periculum recuperacionem illius extunc secundum fori computacionem de anno in annum ad inplenda inpediat uel retardet. dicti vero prior et conuentus singulis annis vnum de suis fratribus ad procurandum oblaciones altaris cum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nuncio nostro statuere possint nisi ipsis ante dedicacionem aquen. fideiussoriam caucionem dederimus de quadraginta libris supradictis statuto termino persoluendis. et quia ad restitucionem cuiuslibet dampni, siquod occasione nostri uel nostrorum memorati fratres in recuperacionem dictarum librarum sustinuerint. nostris laboribus laborare uolumus et expensis. Vt etiam omnium dubitancium corda certificaremus omnia, que predicta sunt in pleno capitulo nostro coram fratribus presentibus tactis sacrosanctis ewangeliis jurauimus jnuiolabiliter obseruare acceptantes pro pena. quod dicti prior et fratres de licentia nostra data erit in hiis scriptis organa uocis suspendant in diuinis. dum in aliquo contra premissa duxerimus ueniendum. Vt autem hec rata permaneant et firma presentes litteras sepedictis fratribus nostris contulimus sigilli nostri munimine roboratas. petentes sigillum jllustris viri W. comitis juliacen. ut maijus robur habeat firmitatis apponi. Datum anno dni. M. CC. LX. quarto. mense septembri.

Sigillum primum in cera alba, 2dum in cera viridi, ambo fracta.

196.

Nos joannes Abbas sti. Cornelii universis presentium inspecturis cupimus esse notum, quod pro necessitate ecclesie nostre pari et unanimi consensu conventus nostri Henrico dicto Franken de Wisebaden militi et suis legitimis successoribus et heredibus villam nostram dictam Walldaffen cum omnibus suis attinentiis, qui ibidem hucusque libere possedimus et quiete, cum omni jure, quo ad nos spectabant omnia bona, cum censibus, vineis, agris, cultis, incultis et adhuc excolendis pro quadam certa summa pecunie, quam nos recepisse profitemur, vendidimus perpetuo possidendam, renuntiando in hiis omni juris et legum auxilio canonico et civili, consuetudini et statuto ac omni exceptioni juris et facti, que posset accipi contra predictum militem et contra hoc nostrum publicum instrumentum et ne ex parte nostra vel aliquis successorum nostrorum in ipsis bonis vel ab aliquo nomine ecclesie nostre imposterum impetatur, presens scriptum nostro et conventus nostri sigillis in evidens testimonium omnium predictorum duximus muniendum. Actum anno dni. M. CC LXIII. incratino sti. jacobi.

197.

Heinricus dei gratia leod. eps. vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in dno. cum nos olim collationem iuris patronatus ecclesie de One, cui subest ecclesia de Sumain nostre dioc., quam dilectus in cristo noster Garsilius prepositus ecclesie sti. adalberti aquen., sue iam dicte ecclesie sti. adalberti fecit, ratam habuerimus et confirmauerimus, ac ipsi ecclesie sti. adalberti concesserimus, siue indulserimus ex nostra gratia speciali, ut fructus prefate ecclesie de One in usus prebendarum suarum possit conuertere, competenti tamen portione eorundem fructuum rectori eiusdem ecclesie assignata, qui nobis et archidiaconi loci de iuribus nostris in omnibus et per omnia respondere posset, et satisfacere competenter, prout in litteris super hoc confectis plenius vidimus contineri. Decanus quoque et capitulum ecclesie sti. adalberti Nicholai sacerdoti eiusdem ecclesie et quibuscunque successoribus suis rectoribus assignauerunt portionem congruentem, valentemque decem marcis leodien., scilicet oblationes et ea, que ad altaria ipsa et ex ipsis altaribus spectant et proueniunt, res dotales in territoriis de One et de Sumain iacentes, tam in terris arabilibus quam pratis, caponibus et cerevisia consistentes, item et tertiam partem minute decime et decem modios partim spelte et partim auene ad mensuram loci percipiendam in grossa decima earundem ecclesiarum. Nos inspecta prius et nunc tenuitate prebendarum dicte ecclesie sti. adalberti, inspectis etiam et tunc et nunc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

laboribus et angustiis, quos et quas ipsa occasione imperii plures sustinuit, per que ad relevandum ipsam et mitigandum dolores nos moti fuimus, et adhuc sumus predictam iuris patronatus confirmationem nostram ac de fructibus in usus prebendarum predicte ecclesie conuertendis, nostram indulgentiam easdem collationem et indulgentiam, ipsi ecclesie confirmando et indulgendo innouamus, assignationem autem portionis predicte, quam supradicti decanus et capitulum predicte ecclesie fecerunt. Dum tamen ipsa ad valorem decem marcarum leod. sicut predictum est, ascendat una cum confirmatione et indulgentia supradictis approbamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, inhibentes sub interminatione anathematis, ne quis ausu temerario contravenire vel aliquas super predictis de cetero molestare presumat. Datum mense junio anno dni. 1264.

(Appendebat sigillum ex cordula serica rubri coloris.)

198.

Garsilius dei gratia Decanus ecclesiae aquen. leod. dioc. vniuersis et singulis praesentes litteras inspecturis aeternam in dno. salutem. vniversis et singulis notum esse volumus, quod cum capellae sti. Remacli et de Grevignée extra muros Leodii decanatui ecclesiae nostrae aquen. una cum matrice sua ecclesia de jupilia fuit annexa, nos attendentes, quod in majori nostra ecclesia aquens. ac in ipsius decanatus dignitate, cuius jura et regimen gerimus, nos personaliter deservire oportet, juris in hac parte sequentes documenta, virum religiosum dnum. joannem Abbatem ecclesiae Cornelii montis ordin. Premonstrati ipsum scilicet et successores suos quoscunque ubi esse pro tempore contigerit Abbates in dictis capellis perpetuos vicarios constituimus, ut quilibet Abbas per se, sive unum de canonicis suis ad hoc idoneum perpetuo deserviat in eisdem, et cum os bovis non debeat ligari triturantis, et qui altari servit, de altari debet vivere, dicto Abbati per se vel per idoneum canonicum suum, sicut praedictum est, deservienti assignavimus de proventibus earundem ecclesiarum portionem congruentem videlicet 15. libras alborum, quae competens portio talibus ecclesiis per dnum. Episcopum loci ordinarium est statuta, qua portione debet esse contentus idem Abbas in bonis solum oblationibus scilicet earundem capellarum et quibusdam aliis bonis pertinentibus ad capellam de Grivegnée, quae sunt haec tria bonaria tam terrae quam prati et circa sita juxta Grivegnée, item unum bonarium in Hasbania situm apud Lantiens, item dimidium bonarium, quod colit Petrus cum decima eiusdem dimidii bonarii, item decima trium jurnalium, quae tenet dnus. Arnoldus de prato et Reumalde a chenée et decima prati, quod fuit dni. Werici militis de Hambruce, jtem duo sextaria speltae super uno jurnali juxta Anglains, jtem quatuor solidi leodien. quos legavit Rijnerus de Grivegnée percipiendi bonis aliis ad ipsas capellas et ad matricem ecclesiam praedictam majore scilicet et minuta decima et aliis quibuscunque pertinentibus et ab ipsis quocunque casu proventibus ipsi ecclesiae aquen. et Decanatui per omnia salvis, ita tamen, quod siquid praedictis capellis datus seu legatus in elemosijnam, illud percipiet dictus Abbas convertendum in augmentum suae portionis praedictae. Praedicta autem fecimus de consensu, voluntate et auctoritate capituli nostri, et nos capitulum confitemur, etiam in praedictis nos consensisse. jn hujus autem rei testimonium praesentibus litteris sigilla nostra apposuimus tenore earundem sub sigillis dni. praedicti Abbatis et conventus dicti monasterii nobis retentis. Datum feria sexta ante Pentecostem anno dni. 1264. G. Wil. de Vden.

Quoad copiam facta collatione ex litteris originalibus sigillatis sigillis, quibus sigillatae referuntur pro copia authentica et concordante sic subscriptum. Joannes Grossemeijer s. apostolica authoritate notarius publicus manu propria.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

199.

Nos Walramus dnus. de Monijoij et ncs.. jutta uxor eius notum facimus vniuersis tenore presentium recognoscentes, quod nos pro nobis nostrisque successoribus recepimus a viris venerabilibus Otto dei gratia preposito.. Garsilio.. decano totoque capitulo ecclesie bte. Marie in aquis ad firmam perpetuam duas partes none ac decime panagii nemoris de compendio, necnon et duas partes decime novaliam eiusdem nemoris pro quadraginta modiis auene jta talis qualis in ipsa terra crescit, ipsis aquis in granario suo secundum quod alii pactarii eorum facere consueverunt infra mensem decembrem annis singulis assignandis, nichilominus decima claustri de Riquistein et decima curtis de Walbure, ac decima tocius terre, secundum quod limitata est inter decimam terre et nemoris sicut hactenus consueuerunt recipere eis saluis, huic contractui talis conditio est adiecta, quod si dictos quadraginta modios ipsis infra predictum mensem decembrem non solueremus, et solutio per unum mensem post ipsum decembrem retardaretur, elegimus et acceptauimus, pro nobis et successoribus nostris, quod dnus. decanus predicte ecclesie aquen, qui pro tempore fuerit, habeat potestatem excommunicandi scultetum nostrum seu successorum nostrorum, qui pro tempore fuerit in compendio. Et si post adhuc uno mense retardaretur solutio, subicimus nos et successores nostros iurisdictioni predicti dni.. decani ecclesie aquen. ut extunc sine offensa nostra nos excommunicet et denunciari faciet excommunicatos, donec eis solutionem plenariam faciamus. jn cuius rei testimonium sigilla nostra pro nobis nostrisque successoribus appendimus huic scripto, petentes ad maiorem predictorum firmitatem sigilla reuerendorum patrum dni. Engelberti dei gratia archiepiscopi colon., et dni. Heinrici eadem gratia leod. Episcopi litteris hijs apponi. Datum in octaua bti. johannis ewangeliste. anno dni. M. CC. LXIIII.

200.

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilectis filijs abbati et conuentui monasterij inden. ord. sti. benedicti colon. dioc. salutem et apostolicam benedictionem, cum a nobis petitur, quod iustum est, et honestum tam vigore equitatis, quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum, eapropter dilecti in dno. filii nostri, iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a Romanis pontificibus predecessoribus nostris siue per priuilegia seu alias indulgentias vobis aut monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et principibus aliisque cristi fidelibus rationabiliter vobis aut monasterio prefato indultas, sicut eas iuste et pacifice obtinetis vobis et per nos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum viterbi II Kl. julii pontificatus nostri anno secundo.

(Sigillum papale in plumbo.)

201.

Rijcardus dei gracia Romanorum Rex semper augustus. judicibus ministerialibus. scabinis. magistris ciuium. consulibus. ceterisque ciuibus aquens. dilectis fidelibus suis salutem. graciam suam et omne bonum. Regalis sublimitas exhibere se solet petentibus liberalem, cum id quod petitur ab eadem iusticie non abso-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

num. aut equitati conueniens fuerit uel honestum. Sane porrecta nobis vestra peticio continebat. quod vestre ciuitatis communitas siue consilium, quorundam quadrantum, qui de singulis ciuitatis vestre paribus pro balneo annui ab antiqûis temporibus prestabantur, prestacionem annuam, a quodam milite ciuitatis ipius Willelmo uidelicet dicto Wanuaro, qui annuum redditum predictorum quadrantum ab ecclesia ste. Marie ciuitatis vestre tenebat in feudum, ad erigendam civitatis ipsius libertatem non modicam circumspecte prudenter et prouide comparauit quodque ecclesie supradicte ste. Marie decanus et capitulum, feudum prefatum quadrantum huiusmodi annuorum, in eorum manus a milite memorato libere resignatum, in manus suas recipientes, feudum huiusmodi vestre communitati seu vestro consilio liberaliter contulerunt et pure donarunt, ciuitatem quoque ipsam possessione tam juris quam facti feudi ipsius, inuestire in pupplico curauerunt. jta ut redemptores prestationis annue quadrantum huiusmodi videlicet ciues vestri, ab ipsa prestacione maneant in perpetuum absoluti. quem quidem emptionis contractum inter vos et dictum militem celebratum nec non et resignationem feudi prefati a supradictis decano et capitulo communitati seu consilio vestro factam, et absolucionem prestacionis annue dictorum quadrantum perpetuam, auctoritate nostra petitis confirmari. Nos igitur vestre peticioni pium in hac parte prebentes assensum, quod vndique prouide factum est super premissis auctoritate regia confirmantes, litterarum presencium sigilli nostri munimine, ciuitatem ipsam in perpetuum. reddimus communitam. Datum apud Wallingeford VIII. die octobris. Regni nostri anno decimo.

Kaiserliches Siegel in braunem Wachs an einer schwarz-seidenen Korde. jn plica R. Rijcardus.

202.

Nos joannes dei gratia Abbas ecclesie sti. Cornelii jnden. ord. sti. Benedicti colon. dioc. Vniuersis presentia visuris salutem in dno. Cum vacante ecclesia de cumptich Leod. dioc. ex morte Walteri clerici quondam eiusdem ecclesie inuestiti, nobis, sij. cellerario et cantore et quibusdam alijs fratribus nostris non vocatis, cum potuerint et debuerint commode vocari, praenominatam ecclesiam P. Decanus et alij fratres qui tunc presentes fuerunt de facto cum de iure non potuerint. G. de Schina canonicum bti. Gereonis colonien. contulerint seu ipsum presentarint ad eandem. Talis inter nos mediantibus religiosis viris, et alijs jurisperitis intercessit compositio, quod hac vice tantum ratam et gratam predictam. P. decanus et fratres, qui presentes tunc fuerunt, habent collationem siue presentationem quam nos fecimus dilecto fratre nostro Willelmo de Schina canonico ecclesie bti. Gereonis in colonia de ecclesia sepedicta. jta scilicet quod nos bona fide predictum conuentum ab omni damno et ab omnibus ratione istius ecclesie vexationibus defendemus. jn cuius rei testimonium presentes litteras nostro sigillo duximus roborandas. Datum anno dni. M. CC. LX. octauo. jn octaua Epiphanie dni.

203.

Garsilius dei gratia decanus, totumque capitulum ecclesie bte. Marie in aquis vniversis, ad quos presentes littere pervenerint in dno. salutem. Noverit vestra vniversitas, quod Andrea ciuis aquen. una cum Aleijde uxore eius pio ductus consilio et salubri ob reverentiam B. M. V. et honorem in remedium et salutem animarum sue videlicet proprie et ipsius Aleijdis uxoris sue necnon et Heinrici sui filij nunc scolaris, emit et compparavit ad opus et usus dicte ecclesie nostre aquen. viginti et septem bonaria terre

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

arrabilis sita apud Richeil pro ducentis marcis septem marcis et dimidia marca minus denar. aquen numerate scilicet pecunie et solute. Nos itaque proprietatem et prosessionem dictorum bonorum protinus subintrantes, predictis Andree, Aleijdi uxori eius et Heinrico filio eorum tamquam usufructuarijs quadraginta modios tritici claustralis de predictis bonis annuatim in festo nativitatis christi promittimus persolvendos, quos eis de nostro granario annis singulis aquis solvemus et assignabimus sine difficultate qualibet in nostris laboribus et expensis jn quo si deficeremus per quindenam diem amplius elapsam post terminum predictum nos supradictis Andree, uxori eius et filio aut alicui eorum secundum veram estimationem dampnum, quod inde passi fuerunt, refundimus, ceterum Andree predicto de consensu uxoris sue et filij placuit, quod et statuit et elegit, ut si forte ipsum prius quam predictam uxorem et filium mori contingat, quod in eius anniversario quatuor de predictis quadraginta modijs fratribus presentibus distribuantur, reliqui vero triginta et sex modij eius uxori et filio integraliter remanebunt. Quod si forte mater prius quam ipse filius moriatur, prenotata XXX. et sex modiorum pensio eidem filio nichilominus integraliter remanebunt, Econtra si filius prius quam ipsa mater moriatur, tunc mater habebit etiam XXX. et VI. modios annuatim, sed Andreas uxore et filio mortuis, si supervixerit, ipse habebit et recipiet anno quolibet totam pensionem predictorum XL. modiorum. omnibus autem de medio sublatis in anniversario cuiuslibet IIII modij tritici fratribus presentibus distribuentur, et quod residuum est, hoc ipsi ecclesie remanebit. jn cuius rei testimonium nos predictis Andree, Aleijdi uxori eius et Heinrico filio eorum presentes litteras sub cijrographo maiori sigillo ecclesie nostre predicte dedimus feliciter communitas. Actum et datum in generali capitulo nostro in vigilia Marie Magdalene anno. dni. M. ducentesimo sexagesimo octavo.

204.

Vniuersis presentia visuris Th.. dnus de Valkenburg nobilis vir salutem et cognoscere veritatem. constitutis in presentia nostra in solo allodij nostri multis nostris fidelibus astantibus, venerabili viro G.. dei gratia decano ecclesie bte. Marie aquen. et quibusdam canonicis et fidelibus eiusdem ecclesie ex una parte. dno. Th.. de Schinne nobili viro et Godefrido unico et primogenito filio suo cum aliis multis amicis suis et proximis ex altera. idem Godefridus in etate legitima constitutus videns in hoc utilitatem suam. amicorum suorum ductus consilio et nostrò consensu habito super eo ex parte sui et uxoris sue Helwigis et tutoris illius videlicet dni Arnoldi de Steine nobilis viri. bona et curiam de Bingerode prius a nobis descendentia et descendentem cum omnibus mansionariis. hominibus. redditibus et iuribus quibuscunque pertinentibus ad ipsa bona et eandem curiam a dicto dno Th et Benedicta uxore sua parentibus ipsius G.. sibi et uxori sue data et datam ecclesie vendidit antedicte pro trecentis marcis sterlingorum, decem solidis pro marca qualibet computatis necnon et trecentis marcis aquen. denariorum pecunie numerate in omni iure, preterquam in iure feodi, consuetudine etiam et libertate, quibus dicti parentes eadem bona et ipsam curiam habuisse, tenuisse et possedisse dinoscuntur ab eadem ecclesia cum mansionariis. hominibus. redditibus et iuribus antedictis in liberiori etiam iure videlicet allodiali siue proprio a nobis eidem ecclesie dato, perpetualiter possidenda et possidendam. Contulit insuper ipse Godefridus et Helwigis uxor ipsius in elemosinam ius patronatus, quod parentes ipsius Godefridi habuerunt et ipsi habebant in ecclesia de Bingerode propter deum simpliciter et ob reuerentiam bte. Marie virginis ecclesie memorate renunciando una cum predicta Helwige uxore sua iure patronatus dato ac omnibus venditis antedictis ad opus ecclesie aquen. cuius nomine memoratus decanus ipsa vendita statim post Godefridi exitum et uxoris sue Helwigis celebratum intravit cum solempnitatibus debitis et consuetis obligando pro huiusmodi pio facto grata

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vicissitudine, non ex contractu aliquo, sed ex pietatis dono dictam ecclesiam aquen. prefatis parentibus venditione bonorum et curie consentientibus, quos in fraternitatem et orationem eiusdem ecclesie recepit, quod ipsa ecclesia aquen. cum maiori commendatione et solempni post obitum eorundem tanquam in licito et honesto tenebit obsequio et quod marcam unam de predictis bonis venditis in cuiuslibet duorum istorum anniuersario pro refectione fratribus erogabit. Et nos accedentes similiter renuntiationibus et solempnitatibus predictis cum Walleramo primogenito nostro iam adulto cuius utique consensus super omnibus predictis actis accessit, ius et dominium allodii, quod in predictis bonis et curia ceterisque pertinentibus ad eandem habuimus, ad honorem omnipotentis dei et gloriose matris sue ob salutem anime et corporis nostri, pro dono liberali ecclesie contulimus supradicte. Renuntiantes omnibus iudiciis Tallijs, precariis, exactionibus, serviciis molendinorum, cambarum, et expeditionum vel quorumcunque servitiorum et iurium quocumcunque nomine censeantur, que in dictis venditis recepimus aut recipere debite vel indebite poteramus. Hoc solum excepto, quod in dicto allodio de aperto vulnere, furtu, homicidio, raptu et rapina vel de consimile crimine seu excessu maioris iudicii, pro quo etiam possit vel debeat duellari, nos et heres nostri iudicium tenebimus et iustitiam debitam faciemus. Acta sunt hec presente viro illustri dno. Walleramo duce Lemburgensi sub testimonio dni. Wirici de Vrenzen ipsius Th.. de Schinne. virorum nobilium et Godefridi de Breidenrode milite (sic) fidelium nostrorum Gerardi de Luggene militis et scabini aquen. johannis de Birkensdorp militis et fidelis Th. nobilis antedicti aliorumque multorum hominum clericorum et laicorum fide dignorum. jn cuius rei testimonium presens scriptum ad petitionem supradictarum parcium dicte ecclesie aquen, nobili et excellenti transmisimus cum appensionibus sigillorum antedicti Wallerami primogeniti nostri et supradicti dni. Arnoldi de Steine sigilli nostri munimine roboratum. Datum in die natiuitatis bti. johannis baptiste anno dni. M. CC. sexagesimo octauo. (Ex autographo.)

205.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. Vniuersis clericis et laicis aquen. leodien. dioc. salutem et apostolicam benedictionem. Digne potestis de sedis apostolice fauore confidere quem filialis uestra deuotio promeretur nec indigne dicte sedis prouidentia fauorabili nos affectu prosequitur dum attenditur quod ipsam veluti matrem et dominam more deuotorum filiorum comprobamini reuereri. Hoc enim aperte demonstrat bonitatis uestre constantia, quam ab olim, postquam ad sinum matris ecclesie redijstis absque corruptionis macula conseruastis, quamque inuiolabiliter seruatis assidue et firmiter, in puritatem deuotionis et fidei persistentes nullis seductionibus a uia veritatis ad alicuius erroris inuia declinando, quod dudum felicis recordationis jnnocentius. papa. predecessor noster debita meditatione considerans uos illius priuilegij gratia dicitur honorasse, ut consistentes in deuotione ecclesie non possetis extra muros aquen. per litteras apostolicas generaliter uel specialiter ad iudicium euocari, que de concessa uobis in hac parte indulgentia plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum non facerent mentionem. Cum autem sincere deuotionis titulo clareatis dignum ducimus, ut et studiosius uos in eiusdem sedis gratia conservemus, eoque benignius erga prosperum statum uestrum apostolici fauoris gratiam extendamus, quo eidem ecclesie fidelius et deuotius adherens reverentibus animis et deuotis. Vt igitur huiusmodi continuata uestra deuotio erga se gratiam dicte sedis continuari percipiat, decet. quod illam insolite constantie petra firmatis, nullis aduersis suasionibus faciente domino collidendam. Nos enim predictam indulgentiam, quam ratam et firmam habemus in suo uolumus robore permanere, ac alias auctore deo, uos et terram uestram sic gratiore ac fauorabiliter prosequemur. quod semper sentietis memoratam sedem nobis adesse propitiam et in ipsius deuotione perpetuo diuina fauente clementia persistens. Datum Viterbij non. aprilis pontificatus nostri anno tertio. Siegel abgerissen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

206.

Nos jutta de Berghe domina quondam in Monijoie vniversis presens scriptum visuris cognoscere veritatem. sciant vniversi ac singuli, quod nos libere ac voluntarie allodium nostrum in Haisittert resignavimus ad opus et usus ecclesie st. Marie aquen., et hoc sub testimonio fidelium nostrorum scilicet Hermanni de Disternich, Godefridi dicti Dobbelstein.. Wilhelmi de jabeck militum.. Arnoldi. Conradi. sculteti Ottonis. Gerardi dicti Scotten. Nicolai scabini in Sittert, Mathie, Rutgheri, Anselmi. Th.. scabinorum similiter et aliorum quam plurimum tam clericorum quam laijcorum. Et ne huiusmodi resignatio impostrrum per aliquem temere infirmari poterit, vel adnichilari presens scriptum dicte ecclesie aquen. nostro sigillo roboratum tradidimus in munimen anno dni. millesimo ducentesimo LX. nono in vigilia Mathie apostoli.

207.

Nos Wilhelmus comes juliacensis, universis presentia visuris, notum esse volumus, quod cum Nos in judicio aquensi de jure aduocatie nostre in generali judicio dicto Voitdinghe presideremus, personaliter scabini aquenses talem sententiam unanimiter ediderunt, quod nemus teutonice dictum Eigha ad allodium capitis regni et ad communitatem civitatis aquensis et civium illius pertineat et quod aliquis alter, qui ad dictam civitatem non pertinet, nullum jus habeat in eodem. Sententiati sunt etiam ipsi scabini in eodem placito et judicio. quodsi in prefato nemore dicto capiti et dicte civitati vel ciuibus illius aliqua violentia fiat, nos illam deponere et compescere debeamus. jn cuius rei testimonium presens scriptum ad petitionem ciuium aquensium cum appensione sigilli nostri dignum duximus roborandum. Actum et datum in octava Epiphanie, dni. anno eiusdem M. CC. LXIX. et appendebat sigillum dni. comitis (concordat cum vero originali, quod attestor Martinus Nütten. nots.)

208.

Johannes dei gratia electus et confirmatus in abbatem sti. Cornelij jnden. ord. sti. Benedicti colon. dioc. tenore presentium recognoscimus et profitemur de totali summa, quam nobis et conuentui nostro debebant, maioris et ste. Marie ad gradus ecclesiarum mogunt. decani et capitula ex tam emptionis bonorum nostrorum in Drechengenhusen in tantum nobis et conuentui nostro predicto esse solutum et satisfactum, ita quod tantum ducente et quatuordecim marce denar. colon. preter. IIII. sol. denar. colon. restant adhuc ad soluendum quas in octaua pentecost. proxime aduentura soluere tenebunter. Jn cuius rei testimonium presentes litteras nostro et.. decani, et.. custodis ecclesie ste. marie ad gradus magunt. sigillis fecimus communiri. Datum magunt. anno dni. M. CC. LXXI. Kal. februarij.

(Appendebant 3 sigilla ex cauda pergameni, quae perdita sunt.)

209.

Noscant tam posteri quam presentes ad quos peruenerit presens scriptum, quod nos infrascripti qualiter nostre constitutionis vigor in recipiendo et soluendo firmam ceruisie tum propter aliquorum violentiam, tum propter quorundam subdolam retentionem, minus exacte nec fideliter fuerit obseruatum, in nostrorum non modicum preiudicium et grauamen, nos ciues aquen. de consilio et ordinatione viri illustris ac sapi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

entissimi, dni. Willelmi comitis juliacen. habito quoque consilio viri prudentis dni. Willelmi aduocati nostri aquen. necnon et ceterorum judicum, Scabinorum, fidelium, ministerialium, consulum, magistrorum ciuium, juratorum, aliorumque ciuium aquen. ad obseruantiam dicte nostre constitutionis strictiorem, ordinamus, statuimus et sanximus, quod quicumque in cuiuscumque braxinio infra bannum et jurisdictione nostre ciuitatis aquen sito braxatus fuerit siue braxari fecerit vnam ceruisiam quotquot annis tenuerit, mox et indilate peracta et completa braxatione illius ceruisie de qualibet ama seu de singulis amis tres denarios persoluet in legitima pecunia et parata. Quam pecuniam hijs quos ad id sollempniter deputaverimus dum eam sicut solitum est, ex parte nostra requiuerint, assignabit et dabit sine omni resistentia et difficultate. Huius autem ceruisie venditores, quartam et non minus, sed plus si voluerint, in mensurando dabunt ementibus pro quadrante. Et inmisso in vasa cesuisiaria perpendiculo, quod peigel Wlgariter dicitur quantum ceruisie ipsa vasa continuerint. deprehendetur. siquis vero temere contra hec statuta enormem ceruisiam braxari aut pecuniam de ipsa ceruisia debitam detinere presumpserit, et super hoc per testimonium duorum aut plurium comestabulorum sui comitatus conuictus fuerit. in amputationem multabitur dextre manus. Et insuper extra ciuitatem et bannum aquen. quinquennium remanebit. domus vero, in qua ipsa enormis ceruisia braxata fuerit siue vendita destruetur. Et qui comestabulis super hijs testimonium perhibentibus aut accusatoribus conuicia seu obprobria dixerit, soluet quinque marcas sed qui in illos manus iniecerit uiolentas. enormis id est bijzōthi Wlgariter, talis erit. Qui vero extra ciuitatem et jurisdictionem aquen. ceruisiam acceperit seu sibi afferri fecerit. marcam soluerit. quam si soluere non poterit, a ciuitate et jurisdictione aquen. ammonebitur per annum. jtem si de extra jurisdictionem aquen. ceruisia inuecta inibi vendita fuerit. domus in qua talis ceruisia venditur, destructur. supradictarum quidem emendarum omnium et multarum pars dimidia nostris judicibus aquen. cedet. et reliqua pars dimidia ad opus ciuitatis dabitur et assignabitur ciuium magistris. jpsi quoque judices auctoritate iudiciaria, hec obseruari facient, et premissa omnia executum iuxta formam prehabitam fideliter demandabunt. verum cum nobis ex gratia diuorum augustorum expresse et specialiter sit indultum, quod ad utilitatem nostre ciuitatis et commodum, noua condere et eadem condita pro nostra reuocare possimus voluntate, hanc presentem constitutionem post nostram reuocationem, que reuocatio per pulsationem campane fiet, quemadmodum hec constitutio facta est. decernimus et volumus carere viribus, et extunc aliquatenus non valere jn cuius rei testimonium atque robur, nostre ciuitatis sigillum appendi fecimus huic scripto. Nos quoque Willelmus comes juliacen. supradictus sigillum nostrum. et nos Willelmus aduocatus aquen. sigillum nostrum hijs appendi fecimus in robur et obseruantiam omnium predictorum. Actum et datum jn vigilia sanctorum apostolorum Philippi et jacobi et Walburgis virg. anno dni. millo. ducentesimo septuagesimo secundo.

1s und 3s Siegel abgerissen, von dem 2ten nur ein Stückchen mit dem jülischen Löwen auf dem Schildchen anhangend. Die Korden aus grün- und blau-seidenen Fäden geflochten.

210.

* * dei gratia Decanus ecclesie colonien. judex seu executor vnicus a dno. papa datus. . Thesaurario ecclesie sti. Adelberti aquen. salutem in dno. litteras dni. pape quas vobis exhiberi precipimus recepimus in hec verba. Clemens eps. seruus seruorum dei. dilecto filio. . decano colon. salutem et apostolicam benedictionem, peruenit ad audienciam nostram. quod tam dilecti filii.. Abbas et.. conuentus monasterii sti. corneli jnden., ordinis sti. benedicti colon. dijoc. quam predecessores eorum. terras. possessiones. redditus. decimas. domos. nemora. prata. pascua. et quedam alia bona eiusdem monasterii. datis super hec litteris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

interpossitis. juramentis. factis renunciacionibus. et penis adiectis. in grauamen ipsius monasterij lesionem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetue ad firmam vel sub censu annuo. concesserunt. Quorum alia dicuntur, super hiis a sede apostolica in forma communi. confirmationis litteras impetrasse. Cum igitur nostra, intersit lesis monasteriis subuenire discretioni tue per apostolica scripta mandamus. quatinus ea que de bonis ipsius monasterii per concessiones huiusmodi alienata inueneris illicita vel distracta. non obstantibus litteris, penis, juramentis renunciacionibus. et confirmacionibus supradictis ad jus et proprietatem ipsius monasterii legitime reuocare procures. contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati. si se gracia odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem compellas veritati testimonium perhibere. Datum viterbij· V. nonas julij. pontificatus nostri anno secundo cum variis impediti ecclesie nostre negocijs executioni siue causis presentis mandati commode interesse non possimus vel intercedere. auctoritatem et jurisdictionem. nobis in hac parte commissam vobis subdelegamus. mandantes vobis et in ipsa executione, jurisdictione et causis secundum traditam nobis formam racione preuia procedatis . . . . liberius data jurisdictione et auctoritate, donec presens mandatum duximus reuocandum. Datum jn crastino cosme et damiani. anno dni M CC. LX. septimo.

(Sigillum abruptum.)

211.

J. n. s. e. i. t. Rudolphus dei gratia Rom. Rex. semper Augustus. Regalem decet sublimitatem paci et quieti omnium intendere, et sua unicuique iura in statu solido conseruare. Vnde sicut equitas iusticie et regni auctoritas nos ammonent, quieti et tranquillitati fidelium nostrorum et iusticie, toto nisu nolumus prouidere. Et quum Aquisgranum, ubi primo Romanorum Reges iniciantur. et coronantur, omnes prouincias et ciuitates post Romam. dignitatis et honoris prerogatiua precellit, congruum et rationabile est, vt exemplo domni et st. Karoli aliorumque predecessorum nostrorum jmperatorum et Regum, eundem locum et omnes inhabitantes, Regalis defensionis, et nostre clemencie priuilegiis libertatis, et bonarum consuetudinum confirmatione, quasi muro et turribus muniamus. Verum quum ab humana facilius elabuntur memoria, que nec scripto nec testibus eternantur, sciant vniuersi presentes, et posteri, quod nos fidelium nostrorum ciuium aquen. precibus annuentes. omnem iusticiam et libertatem, quam gloriosus predecessor noster Karolus magnus Roman. jmperator augustus, eis pre ceteris dedit, et omnia que diui Augusti Roman. jmperatores, Fridericus et Heinricus, aliique predecessores nostri contulerunt, eis confirmamus, et lege in perpetuum ualitura, roboramus, scilicet ut non solum clerici et laici huius loci indigene, sed et omnes incole et aduene hic inhabitare uolentes, presentes et futuri sub tuta et libera lege ab omni seruili conditione liberi uitam agant. ac omnes pariter ex auis et attauis ad hanc sedem pertinentes licet alibi moram facientes, ab hac lege a nullo successore nostro, nec ab aliquo machinatore, legumque subuersore, infringantur. Numquam de manu Regis uel jmperatoris, alicui persone nobili uel ignobili in beneficium tradantur. Nec ipsa ciuitas nec aliquid ei attinens, alicui hominum ualeat occupari. Suas etiam negociationes, per omne Romanum jmperium, ab omni exactione thelonei, pedagij, carradie, uectigalis, seu quocunque nomine uocetur, liberi et absque omni impedimento libere exerceant sicut fecerunt temporibus antecessorum nostrorum. Nullus etiam judex a nobis uel ab aliquo successore nostro aquis constitutus, nostra uel sua auctoritate, uel alicuius successoris nostri. Regis uel jmperatoris, Talliam uel precariam, in predictos ciues aquen. faciat, nec eos ad aliquid dandum Regi uel jmperatori compellat, nisi quantum ipsi de sua

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bona voluerint facere uoluntate. jniustam etiam et illicitam consuetudinem per quam judices quandoque solebant a venditoribus panis et ceruisie indebitum accipere, in grauamen tocius ciuitatis, penitus amouemus. Renouamus etiam eis et confirmamus, ut nullus prenotatos ciues nostros aquen., ad aliquid seruicium ultra progredi compellat, quam ut ipsa die, quo clara luce de domibus suis exierint, cum splendore solis redire possint. jnhibemus etiam ne aliquis judex aquen., a nobis uel ab aliquo successore nostro constitutus, in grauamen alicuius ciuis procedat, nisi prout ei dictauerit sententia scabinorum, vt in nullo predictorum fidelium nostrorum libertas aliquatenus mutiletur. Pro sincera etiam dilectione, quam ad ipsos, nostri predecessores habuisse noscuntur, et nos habemus, ipsorum supplicationibus fauorabiliter inclinati, presens priuilegium de regalis preminentie gratia, eis duximus indulgendum. Statuentes nichilominus et regali sanxtientes edicto, ut nullus dux nullus marchio, nullus comes, nulla denique persona alta uel humilis ecclesiastica uel mundana, uniuersitatem predictam contra presentis priuilegii nostri tenorem, ausu temerario, inquietare, molestare seu perturbare presumat, Quodqui presumpserit, indignationem nostri culminis, se nouerit incursurum. Et centum libras auri optimi pro pena compositurum. medietate scilicet camere nostre, et reliqua medietate passis iniuriam. applicanda. jtem statuimus et sanximus, ut memorati ciues aquen. inter se de bonis suis colligere ualeant, unde se et ciuitatem nostram aquen. muniant ad honorem jmperij et profectum. et hoc faciendum uel obmittendum, eorum relinquimus arbitrio prout ipsis, nostra honori, magnificentie regali, et eorum necessitati uidebitur expedire. Et quicquid sic de bonis suis inter se aut alio quoquo modo collegerint. uel de communibus prouentibus ciuitatis prouenerit, numquam aliquid in nostros, aut alicuius successoris nostri usus, seu cuiuslibet alterius hominis, conuerti uolumus seu locari. sed eorum munitionibus, aliisque communibus necessitatibus et agendis ipsius ciuitatis, totaliter deputamus. Damus quoque auctoritatem nostris fidelibus supradictis, ut inter se constitutiones necessarias et utiles constituere ualeant, et eas, dum uoluerint, reuocare. Huius rei hij sunt testes vener. Engelbertus colon. Wernerus maguntinen. et Heinricus Treueren. Archiepiscopi. Heinricus Leodien. et.. paderburnen. et.. spiren. Episcopi. Ludowicus dux bauwarie et Palatinus reni comes, johannes dux saxonie, johannes marchio brandenburgensis. dilecti principes nostri. Nobiles viri Willelmus comes juliacen. Gerardus de Lucchelenborg, Heinricus comes de Vurstenberg, Puppe comes de Wertheim et Rudolphus frater eius, Heinricus comes de Lucchelenborg, johannes comes de Spanheim, Otto prepositus sti. Guidonis, Wernerus et philippus fratres de bolandia, dilecti fideles nostri et quamplures alii fidedigni. Vt autem hec omnia robur perpetue firmitatis optineant, presentem paginam exinde conscriptam, nostre sigillo maiestatis iussimus communiri. Actum et datum aquisgrani jn crastino sanctorum Sijmonis et jude apostolorum. Anno dnice. jncarnationis millo. ducentesimo. septuagesimo tertio die coronationis nostre sexto.

Kaiserl. Siegel im weissen Wachs an gelb- und grün-seidenen Fäden.

212.

Rudolphus dei gratia Romanor. Rex, semper Augustus, omnibus in perpetuum. Recte considerationis examine, libra presidentis appenditur, dum cunctorum merita, iusta sic examinatione pensantur, ut opprobrij pena exitiosorum hominum colla premat, et quietorum obsequijs, digna respondeat retributio premiorum. Sicut enim in obsequentium remunerationem quamplurimos ad uirtutum cultus erigimus, sic prauorum penis, intendimus ceteris, delinquendi audaciam prohibere. Sane ex parte dilectorum fidelium nostrorum ciuium aquensium nostro culmini exstitit intimatum, quod cum ipsi contra spoliatores, ac alios iniuriatores suos, contra quos, iudicium huiusmodi requiritur et conpetit procedentes, eos per scabinorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aquen. sentencias, et secundum ius et consuetudinem regalis urbis aquen., duelli nomine, in ius faciunt euocari, et die ac tempore ad id consueto et debito expirante, cum non restet aliud, quam ut conuicti et impositi delicti, rei pronunctiati, otius proscribantur.. comes juliacen.. scultetus aut .. aduocatus aquen. aut alter quicunque, qui super huiusmodi prosceriptione facienda seu pronunctianda, bannum et auctoritatem ab jmperio seu regno Romano forte habent aut consueuerunt habere, se Romano gratia, impedimento, odio uel timore aut quoquo alio modo subtrahunt, aut se difficiles reddunt, et stat per eos quo minus huiusmodi malefici proscribantur. propter quod plerumque contingit, labores et sumptus, circa huiusmodi euocationem in ius in uacuum esse factos et ipsi malefici in sua malicia audaciores fiant, et maiora quam prius delicta, committere non formident. Super cuius rei perniciose, remedio, nuncij predicte urbis aquen. nostram clemenciam, humiliter inuocabant. Et ut huiusmodi dispendio et iacture, digno et necessario remedio salubriter occurratur, nos predicte uniuersitatis aquen. pietate consueta petitionibus inclinati, sibi remediabiliter indulgemus. si per absentiam aut aliam quamuis occasionem seu causam .. comitis juliacen... sculteti, aut.. aduocati aquen., seu cuiuscunque alterius cuius interest, defectum in proscriptione facienda reperiri contigerit, siue periculum sit in mora, quod is quicunque aquis vice jmperij judicio presidet, uel pro tempore presidebit, maleficos huiusmodi quicunque sint, exleges pronuntiare, et proscribere bene possit.. cui super hoc, auctoritate regia per presentes bannum attribuimus, et plenam concedimus facultatem. jta quod quamdiu spoliatores inprobi, spolium aut rapinam detinere seu suis usibus ueriti non fuerint applicare, elapsus seu processus temporis, non valeat nec debeat aliquatenus impedire, quo minus ipsi spoliatores siue raptores, in ius duelli nomine, omni tempore ualeant, immo de iure debeant euocari. jusuper iuris edicimus exploratí, quod omnes et singuli, qui huiusmodi spoliatores et maleficos in suis castris et munitionibus fouere ac tenere, cum personis et spoliis non formidant, quicunque illi sint, postquam moniti trina motitione, quarum quelibet spacium octo dierum contineat, non destiterint, tamquam agentes et consonnentes seu cooperantes, pari pena et judicio cum ipsis spoliatoribus et maleficis percellantur. Huius rei testes sunt viri venerabiles Wernerus archiepiscopus Maguntinensis, Heinricus episcopus leodien. Ludowicus dux Bauwarie, Albertus dux Saxonie, dilecti principes nostri. Willelmus comes juliacen. Diecherus comes de Katchenellenboge, Heinricus comes de Vurstenberg, Wernerus et Philippus de Bolandia, et quamplures Regni nostri, domini et magnates, jn cuius rei testimonium atque robur perpetnum, presens scriptum exinde conscribi, et maiestatis nostre sigillo, iussimus communiri. Datum Hagenoue, per manum viri venerabilis Ottonis prepositi ecclesie sti. Guidonis spiren. Cancellarij nostri. Anno dnice. jncarnationis Millo. Ducentesimo septuagesimo tercio. decimo Kalendas martij, jndictione secunda. Anno Regni nostri primo.

Kaiserliches Siegel an grün seidenen Fäden.

213.

Omnibus presentes litteras visuris Th. dnus de Schinne salutem et cognoscare veritatem. Noverint singuli et universi, quod cum nuper apud Herle a fidelibus et vasallis viri nobilis Walrami dni. de Valkenburch sententiatum fuisset, quod renunciatio et effestucatio iuris cuiuscumque, quod vnigenitus et adhuc inamabitis existens filius Godefridi primogeniti nostri in curte de Binghenrode cum omnibus suis attinentiis habebat vel habere poterat, ad opus.. decani et capituli ecclesie aquen. coram duobus vel tribus fidelibus dni. de Valkenburch supradicti ad hoc specialiter deputatis facienda et facto valeret et vigorem haberet tamque si coram predicto dno. de Valkenburch esset facta. dictus unigenitus filius Godefridi primogeniti nostri coram viris honorabilibus.. Gerardo de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Schailisberg et Dobilstein ac.. Wilhelmo fratre suo de jabecke, militibus et vasallis dicti Walrami dni. de Valkenburch ab eo ad hoc spetialiter deputatis, iuri cuicumque, quod habuit vel habere poterat in prefata curia de Binghenrode ad opus decani et capituli supradictorum renunciavit effestucando. jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Et nos.. Gerardus Schafisberg.. Dobilstein et.. Wilhelmus milites ad videndum et audiendum dictam renunciationem et effestucationem specialiter a Walramo dno. nostro de Valkenburch deputati, quia sigilla propria non habemus, petivimus hanc litteram conscribi et cum sigillo nobilis viri Th. de Schinne sigillari in testimonium super istis. Actum anno dni. millesimo ducentesimo LXXIII. IIIIa. feria post dominicam letare.

214.

Vniuersis presentia visuris.. Walramus dnus. de Valkenburch nobilis vir salutem et cognoscere veritatem. Cum viro nobili Th.. de Valkenburch dno. et patre nostro adhuc superstite in presentia sui et suorum fidelium multorum constitutus. G.. dei gratia decano ecclesie B. M. aquen., et quibusdam concanonicis suis, ex una parte, dno. Th.. de Schinne nobili viro et Godefrido unico et primogenito suo cum alijs multis amicis et proximis ex altera. jdem God., in etate legitima constitutus amicorum suorum ductus consilio, et patris nostri ac nostro consensu habito super eo ex parte sui et uxoris sue Heijlwigis et tutoris illius, videlicet dni.. Arnoldi de Steijne nobilis viri, bona et curiam de Binghenrode pronus a dicto patre nostro descendentia et descendentem cum omnibus mansionarijs, hominibus, redditibus et juribus, quibuscumque pertinentibus ad ipsa bona et eandem curiam a dicto dno. Th. et uxore sua, parentibus ipsius God.. sibi et uxori sue data et datum ecclesie vendidisset antedicte pro trecentis marcis scilicet X solidis pro marca computatis, et totidem marcis aquen. den. pecunie numerate in omni jure, preterquam in jure feodi, consuetudine eciam et libertate, quibus dicti parentes, eadem bona et ipsam curiam habuisse, tenuisse et possedisse dinoscuntur, dictis venditis renunciando et sic memoratus decanus ipsa vendita statim post dicti God.. exitum intrasset cum solemnitatibus debitis et consuetis. jdem God. dictos decanum et capitulum aquen. super possessione curtis et bonorum predictorum postmodum inquietare cepit et molestare, tandem interveniente compositione saniori ductus God. et uxor eius predicti in presentia nostra nostrorumque fidelium, quam plurimorum in manus decani aquen. cum quibusdam canonicis suis tunc presentis curiam et bona predicta reportaverunt, et ad opus ipsius decani et capituli ecclesie aquen. predicte renunciaverunt, eisdem et effestucaverunt de novo ad cautelam cautum fuit eciam per sententiam fidelium nostrorum, quod cum soror dicti Godefridi videlicet uxor dni. jacobi de Steijne nuptui traderetur, cum quadam certa pecunie summa de bonis omnibus hereditarijs, que erant aut fuerant patris et matris, tunc renunciasset et effestucasset, non deberet de nouo curie et bonis predictis renunciare, pronunciatum jtem est per sententiam a fidelibus nostris et vasallis, quod renunciatio nati unici dicti God.. et eius uxoris de eisdem bonis facta vel facienda coram duobus vasallis et fidelibus nostris ad hoc de nostro consensu destinatis tanquam nobis presentibus habet et habebit firmitatis robur et vigorem, precautum est ab eisdem fidelibus nostris per sententiam, quod ratihabitio dni. Arn.. nobilis viri de Steijne tutoris et mamburni uxoris dicti God.. facta aut facienda coram duobus vasallis et fidelibus nostris a nobis specialiter ad hoc deputatis super venditione et renunciatione predictis valet et valebit, tanquam si esset facta coram nobis. jtem pronunciatum est per sententiam a sepedictis vasallis et fidelibus nostris, quod, quia dnus Th.. de Schinne et eius uxor parentes dicti God.. confessi sunt coram nobis et dictis nostris fidelibus, se nichil juris vel proprietatis habere in curia et bonis predictis non debeant nec teneantur de nouo renunciare vel effestucare, sen-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tentiatum est ad ultimum concludendo a prefatis vasallis et fidelibus nostris, quod dictus God.. et uxor sua et suus heres filius unicus memoratis decano et capitulo aquen. super venditione et renunciatione curie et bonorum predictorum de Binghenrode satisfecerint quantum poterant et debebant. Nos igitur venditionem et renunciationem a predictis.. God. et uxore sua coram dno. et patre nostro felicis memorie de nostro consensu factas, de curte et bonis sepedictis de Binghenrode ad opus.. decani et capituli ecclesie aquen. memorate ratas habentes confirmamus et renunciationem a prefatis.. God.. et uxore eius nunc de nouo factam approbamus et in eam consentimus. jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum ad peticionem parcium supradictarum, superscriptionem, nostra est quoque renunciatio approbamus. Acta sunt hec apud Herle in Ecclesia anno dni. millesimo CC. LXX. tertio quinta feria post dominicam, qua cantatur.. oculi.-presentibus fidelibus nostris videlicet: Th. de Schinne nobili viro, johanne de Hasigezdale, Th. de Geilenkirge, Ger. de pomerio.. Goeswino de Hare et Ogiro fratre suo, Ger. de Bünde, Godefrido Dobilstein. Ger. de Schaisberg. Adolpho de Scherue, Conrado dicto comes. Ger. de Mansu, Ger. curemur, Reinardo de Schinuelt, johanne de curia, Godefrido de Hüllenburg.. Petro de Strithain.. Cristiano de Pomerio militibus et alijs quam pluribus tam clesicis quam laicis.

215.

Vniuersis presentes litteras visuris. Maior. Magistri.. Scabini,. jurati.. ceterique cives leodien. salutem et cognoscere veritatem.. jungat. mente sincera. dilectio. quos temporali ditione imperialis complectitur celsitudo. Quod volentes effectui mancipare per presentes vobis dignum duximus intimare. Quod inter nos ex una parte et viros prouidos et honestos.. judices.. scabinos. consulatum. ciuium magistratum. ac vniuersos. ciues regalis sedis aquen. ex altera super huiusmodi premissa diligenti deliberatione! propter bonum pacis et concordie. qnas circa eos. nos promittimus seruaturos; jmmo verius propter sincerissimam quam ad eos non inmerito gerimus dilectionem. talem instar societatis iniuimus conuentionem videlicet quod ciues aquen. Leodij. et econuerso ciues Leodien. Aquis amoto omni dole, malo, ac cauillatione tam in personis et rebus quibuscunque firma pace et securitate liberalissima perfruantur. Nec propter aliquod factum siue datum altera partium pingnorando seu alioquoque modo grauando. alteram molestabit nisi prius eidem parti per litteras communi sigillo ciuitatis sigillatas patentes huiusmodi securitas. fuerit contradicta. Post quam contradictionem. treuga et securitas inter nos hinc et inde per quadraginta dies continuos fideliter nichilominus perdurabit. quibus elapsis vtraque partium quod sibi videbitur expedire poterit attemptare. Si uero ante contradictionem huiusmodi. altera partium contra formam istam se lesam asserit. vel grauatam. aduersa parte. in contrarium asserente. queque pars, super huiusmodi. duos fidedignos viros, eliget in arbitros. et assumet. qui super inpositis, iniurijs, perquirent fideliter veritatem. Et penes eorum seu maioris et sanioris partis de eis pronuntiatum. seu ordinationem, talis dissentio condignam sedabitur per emendam, si uero ipsi quatuor electi non poterunt in vnum iuxta formam prehabitam concordare. Abbas monasterij vallis dei, qui pro tempore fuerit, a nobis superior arbiter, est electus. jta quod ad quamcunque partium negocij qualitate diligenter inspecta, tunc declinauerit. eiusdem partis arbitrium preualebit. et seruabitur. fideliter hinc et inde. debent autem memorati quatuor arbitri, postquam moniti ad id fuerint. a die monitionis infra octo dies Traiecti super mosa conuenire, et ibidem dictum tractare arbitrium seu incumbens negotium et fine debito terminare. nisi propter legitimum impedimentum seu causam rationabilem locus alius oportunior a partibus eligatur. Et si quem nostratem seu suatem in foro competenti, contingat super delicto aut debito conueniri. circa talem per scabinorum sententiam, rite fiet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

processus, et justicia, presenti pacto seu conuentione aliquatenus non obstante. sed ea nichilominus in suo robore permanente. jn cuius rei testimonium et munimen. presentes litteras sub cijrographo conscriptas. nos eis sigillo ciuitatis nostre, et ipsi vicissim nobis litteras sue ciuitatis sigillo, tradiderunt feliciter roboratas. actum et datum in die beati sixti. anno dni. M. CC. septuagesimo tercio.

Siegel in gelbem Wachs zerbrochen, an einem Pergament-Streifen

---

216.

Vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit, Nos judices, Scabini, Consulatus, Ciuium magistratus ac vniuersi ciues Regalis sedis Aquen. notum facimus confitentes. quod ad restringendam ineptam et contentiosam multitudinem vina clamancium insolenter, et ut illa, que circa huiusmodi emendari expedit, in statum redigantur meliorem. nobis in pleno considentibus consilio, vnanimi voluntate ac consensu, statuimus firmiter obseruandum, ut quicumque vinitorum tabernam aperiens, vendit uinum. vnum clamatorem. vnum collectorem amphorarum seu uasorum et vnum habeat cauponem, vinum uidelicet ducibulantem. Collector uero uasorum aut ducibulator seu alter quicumque. nisi solus ille, qui ad clamandum est deputatus, vinum nullatenus conclamabunt. jt. cum vinum clamator uinitoris alterius, uinum pariter vendentis, tabernam pertransit, donec eam preterierit, non clamabit. Qua pertransita clamabit licite sicut prius. Et qui in taberna uinum uendit. nullatenus uinum rudet. Ceteri uero vina non uendentes, tria sextaria uini et non amplius possunt rudere quouis die. Non licebit etiam cuiquam vinitori. ut aliud uinum quam quod ad tabernam vendens est ad libandum seu gustandum porrigat alicui, siue ibi aut alibi bibentibus specialiter aut occulte conferat aut transmittat. Volentes itaque aduersus eum seu eos, qui contra constitutiones huiusmodi delinquere aut transgredi presumpserint, penam extendere congruentem. statuimus ut qui contra singulos articulos, aut quemcunque eorum fecerit, marcam soluat. Qui uero uinum vendendum aperuerit. et id ad preces alicuius clauserit. soluet in emendam et tribuet quinque marcas. Harum emendarum medietas erit judicum, et altera dimidietas magistris ciuium assignabitur nomine ciuitatis.. Transgressores seu rei siqui fuerint. per duos saltem aut plures testes ijdoneos uinci debent. quod si forte fieri non potest. et est super huiusmodi, presumptio contra quemquam. ille culpatus se tenetur iuramento prestito expurgare. Si autem quis contra hanc constitutionem vinum clamauerit, aut quid uetitum aliud fecerit. et vinitor talem suum famulum negauerit. nec ex mandato suo id fecisse is reusmet marcam soluet in emendam, aut ad cippum, screiart wlgariter dictum, turpiter, religetur ibidem de nona vnius diei usque ad nonam diei alterius remansurus. jn cuius rei testimonium, obseruantiam et munimen, nos presentem litteram exinde conscriptam. sigillo Regalis sedis et jmperialis urbis aquen. petimus instanter et vnanimiter sigillari. Actum in pleno consilio feria quinta post festum bti. petri aduincula. anno dni. millo CC. septuagesimo tercio.

Stadtsiegel in weissem Wachs an einer roth-seidenen Korde. Siehe beiliegende Lithographie.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad vol. dipl. T. I. P. II. Pag. 144.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

217.

Rudolfus dei gratia Rom. Rex. semper augustus. Vniuersis sacri Rom. jmperii fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. literas clare recordationis Friderici secundi Romanor. jmperatoris predecessoris nostri. Non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte uiciatas vidimus de verbo ad verbum tenorem huiusmodi continentes, Fridericus secundus, diuina fauente clementia Romanor. jmperator semper Augustus et Rex sicilie. cum ecclesiarum dei statum collapsum reformare non inferioris apud deum meriti credamus esse, quam ab exordio instaurare. Vniuersorum noticie, tam presentis etatis, quam future posteritatis duximus declarandum. quod cum monasterium in loco, qui dicitur Porcetum ciuitati nostre Aquisgrani conterminum. Abbatum et monachorum nimia dissolutione et incuria tam religione monastice conuersacionis interius quam sustentacione rerum exterius, necnon utriusque pro defectu numero eciam personarum. ad diuini cultum obsequij ibidem mancipatarum. destitutum penitus uideretur. quorundam prudentum nos usi consilio arbitrati sumus fore consulcius in prouisione eiusdem monasterii pro mutacione personarum et ordinis animum inclinare. eo igitur tenore venerabili principi nostro Engelberto colon. archiepiscopo. cui gubernacionem jmperij in partibus Germanie, necnon tutelam filij nostri Heinrici qui in presenciarum rex habetur jmperatorijs litteris mandatum dedimus in reformacionem prefati cenobij consilium et cum effectu operam adhibendi, qui cum conuentum sanctimonialium eijstercien. ordinis in monte saluatoris ex opposito ciuitatis predicte uersus plagam septentrionalem agregatum, multis intellexisset affligi molestijs et incommodis brumali seuicia et ventorum turbine propter loci eminenciam eisdem infestis adeo ut cum districtione ordinis uix ibidem ualerent subsistere. prenominatum ancillarum dei cetum prudentum et religiosorum usus consilio in monasterium memoratum duxit prouide subrogandum. Cum igitur sit hec mutatio dextere excelsi, vt pro conditione uirili. assumptum cristi iugum suaue, et onus eius leue reiciende. et post concupiscencias suas abeunte sexus femineus idem deuote. ac humiliter portandum cum eiusdem obseruantia regule multo tamen arciore subintraret. qui quanto diuine maiestati religionis sue iusticia est acceptior, tanto ad interpellandam eius clemenciam pro incolumitate nostra et stabilitate jmperij nostri imploratus ipsius efficacior. nos memorati principis immo excellencie nostre factum ratum habentes. monasterium sepefatum cum bonis vniuersis eidem attinentibus iam dictis sanctimonialibus vt eis perpetuo utantur, fruantur, quiete ac libere hoc nostre maiestatis karactere confirmamus, vt hec autem nostre liberalitatis concessio futuris temporibus perpetue robur obtineat firmitatis hanc paginam exinde conscribi et sigilli nostri munimine iussimus communiri. acta sunt hec anno dnice. incarnationis. millesimo. ducentesimo. vicesimo secundo. jmperij nostri anno secundo. Regni uero sicilie vicesimo quarto. Datum capue annis predictis mense marcij. decime jndictionis. Nos igitur dilectarum in cristo sanctimonialium predictarum deuotis supplicacionibus inclinati predictum priulegium, omnes libertates et iura eisdem a prefato jmperatore concessa prout in ipso priuilegio superius plenius et planius sunt expressa de benignitate regia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere. Vel eidem ausu temerario contraire. quod qui facere presumpserit grauem nostre indignationis offensam se nouerit incursurum. jn cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostre maiestatis fecimus communiri. Datum colonie XV. Kal. decembr. anno dni. millesimo. ducentesimo. septuagesimo. tercio. Regni uero nostri. anno primo.

Kaiserl. Siegel in weissem Wachs an rothseidenen Fäden.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

218.

Rudolfus dei gratia Rom. Rex semper augustus. Vniuersis Romani jmperii fidelibus presentes litteras inspecturis in perpetuum. tociens Regie celsitudinis ceptrum extollitur altius et ipsius status a domino, a quo datur omnis potestas felicius gubernatur, quociens loca diuino cultui dedicata, benigna consideratione reguntur et ad ipsorum libertates seruandas et facultates augendas gratiosa protectio principis inuenitur. cum enim omnis gloria siue potentia principatus in subditorum consistat precipue solidata fortunis expediens arbitramur et condecens, ut simus subiectis, et in iusticia faciles, et in gratia liberales Nouerit igitur presens etas, et successura posteritas, quod nos propter deuocionem sinceram ac integre fidei puritatem qua prepositus et capitulum ecclesie sti. adalberti de aquis erga nos et Roman. imperium chorusare dicuntur, propter quod cupimus eorundem ecclesiam, et in spiritualibus esse floridam et in temporalibus opulentem deuotis ipsorum prepositi et capituli supplicationibus inclinati predictam eorum ecclesiam, una cum hominibus et personis nec non possessionibus, quas in presentiarum rationabiliter possidet et imposterum iustis modis absque iuris alieni dispendio poterit adipisci sub nostra et jmperii protectione suscipimus speciali, omnia priuilegia, libertates, concessiones et iura ab inclijte recordationis Heinrico quondam septimo Roman. Rege suisque predecessoribus inclijtis jmperatoribus Romanis et Regibus ecclesie prenotate concessa, prout rite concessa noscuntur, et prouide sepedicte ecclesie ac personis in ea diuino obsequio vacantibus de libertate Regia confirmantes, innouantes, et presentis scripti patrocinio munientes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis, confirmationis et innouationis infringere. uel eidem in aliquo ausu temerario contraire, quod qui facere presumpserit, grauem regie maiestatis indignationem se nouerit incursurum. jn quorum omnium testimonium et perpetui roboris firmamentum presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Testes horum sunt religiosi viri provincialis fratrum minorum et lector eorundem in magoncio, honorabiles viri frater Gerhardus de Hirzisberg et frater Berengerus domus hospitalis ste. Marie et sti. johannis preceptores, Rudolphus Gubernator ecclesie Campidonensis, magister Gotfridus noster notarius, H.. comes de Vürstenberg, Walterus de Clingen et alii quam plures. Datum Hagenaw decima Kl. septembris. jnd. 2da. anno dni. 1274. Regni vero nostri anno primo.

Signum dni. Rudolfi Roman. Regis inuictissimi.

(Appendebat sigillum in alba cera dependens ex filis sericis rubri coloris)

219.

Vniuersis ad quos presentes littere peruenerint. Nos Walleramus dux et jutta vxor et Ducissa de Lemburg, notum facimus, quod nos non volentes sicut hactenus ammodo sustinere, vt in preclusione et in impedimento uiarum seu stratarum, quarum conductus et tuitio inter Renum et Mosam, ab jmperij concessione, ab antiquo ad nos pertinere dinoscitur, per maleficos et spoliatores, qui pignoratores se ficto nomine menciuntur, aut per hos qui theloneum iniustum et indebitum, quod nos spolium appellamus extorquent, tam preiudicialiter exheredemur, et patiamur de cetero dampna grauia et iacturas. cum nostris consiliarijs, militibus et fidelibus deliberatione saniori quam hactenus habita et recepta. ob reuerentiam sacri Romani jmperij, a quo predictum tenemus conductum, et in conseruationem iuris nostri prout est ad nos, a nostris antecessoribus deuolutum, ciues aquenses vniuersos et singulos, quia infra predicti conductus terminos, frequencius conuersantur, in nostrum conductum et sub nostram protectionem specialiter recipimus, licet eis id de iure communi merito teneamur. firmior quidem fit permissio duplici affirmatione. quibus ciuibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aquen., bona fide promittimus et fide inuiolabili astringimus nos eisdem, quod siquem eorum, infra predicti conductus nostri terminos, capi aut ledi, siue res suas sibi auferri seu quoquo alio modo, impediri contigerit, nos incommodum aut dampnum huiusmodi, nostrum proprium reputantes, huius sceleris actorem, quicumque ille sit, humilis uidelicet mediocris siue altus. ad examissionem et absolutionem capti, ad plenam redditionem rerum ablatarum, et ad emendam lesionis, monitis et precibus, si potuerimus inducemus. Alioquin a die perpetrati sce'eris, elapsis diebus quindecim. bellis, incendijs, spolijs, deuastationibus et omni genere dampni quo possumus, ipsum malefactorem inpugnabimus, et ei pro viribus in omnibus in quibus possumus nocebimus usquequaque. Verum quum propter predictam causam, semel bellum uel discordiam inceperimus, extunc predictis ciuibus aquen. vniuersis et singulis, contra omnes aduersarios suos et hostes, consilium et auxilium prestabimus requisiti. jta quod quum nobis aut alteri nostrum siue dapifero nostro, si presentes non sumus, per suas litteras aut per suum certum nuncium pro prestando auxilio demandauerint. protinus eis et sine mora, noster dapifer si absentes sumus et nos personaliter si presentes sumus, cum tot hominibus quot requirendos duxerint, pro possibilitate in auxilium veniemus. Et ipsi nobis et nostris hominibus,]editibus exceptis, solummodo potum uictualia et pabula, quamdiu necessitatis causa, cum armis, nos, aut nostri homines cum eis iacuerimus siue fuerimus, ministrabunt. jta quod quamcunque nobis aut nostris hominibus a veris et certis nuncijs ciuitatis aquen. licentia data fuerit, extunc huiusmodi amministratio protinus expirabit. jtem si nos cum eis castrum aut munitionem obsederimus, ipsi nobis et nostris hominibus per octo dies tantum, potum, uictualia et pabula solummodo ministrabunt. aut pro quantitate et competencia militum et armigerorum. quod in dictorum est arbitrio ciuium, pro ipsis potibus, uictualibus et pabulis, nobis dabunt pecunie certam summam. Si autem obsessio siue vallacio diutius quam octo diebus durauerit. extunc nos in expensis omnibus et sumptibus, nobis et nostris hominibus tenebimus prouidere. Quod si occasione huiusmodi, in hominibus, equis, aut rebus alijs. quibuscunque, dampnum receperimus, incendium aut iacturas, hec nec nobis nec nostris. hominibus, ipsi ciues tenentur aliquatenus resarcire. Si uero in bellum aut in guerram, cum eis deuenerimus, siue ipsi nobiscum deuenerint. nos sine eis treugas nullo modo dabimus, et ipsi has non dabunt aliquatenus sine nobis. Nos etiam sine consensuet uoluntate eorum reconciliationem aut amiciciam nullatenus faciemus. Et ipsi simili modo has non facient sine nobis. jtem captos, quos nostri homines aut nos ceperimus. aut ipsi ciues ceperint, et exactionem quecunque prouenerit, nos cum eis et ipsi nobiscum equaliter partientur. Dum autem ad eos pro colloquio habendo, uocati uenerimus, ipsi nobis aut nostris hominibus expensas facere non tenentur. Et nos theloneum iniustum et indebitum quod in terra nostra, ab ipsis ciuibus aquen. recipere consueuimus, penitus relaxantes, ipsis plane deponimus et ammodo recipi nullatenus permittemus jta quod ipsi ciues per suos sedecim juratos prout ab antiquo consuetum est, nobis caueant, ne in subtractione nostri thelonei per socios illicitos defraudemur. quibus ciuibus aquen. omnia faciemus et fieri pro nostro posse procurabimus bona fide, que eis expedire nouerimus, exclusis in predictis omnibus et singulis, omni uersucia aeque dolo. Predicti itaque ciues aquen., nostrum liberale promissum et propositum utile, quod eis indubitate obseruabimus, pura mente. grata uicissitudine prosequentes. nobis ut hec eis fideliter obseruemus, que utique obseruabimus bona fide, infra instans festum omnium sanctorum, quingentas marcas numerate pecunie et pagamenti aquen. communis in subsidium pij propositi adimplendi nobis dare liberaliter promiserunt. Et insuper nobis premissa omnia et singula ipsi ciuitati aquen. et inhabitantibus ciuibus et pertinentibus ad eam fideliter adimplentibus. et assistentibus centum marcas communis pagamenti aquen., annis singulis nobis dabunt. quarum solutionis terminum in festo natiuitatis dni. est statutus. quas etiam in ipso festo natiuitatis dni. incipient nobis dare. jta quod has centum marcas in parte uel in toto, quamcunque uoluerint pro numerata pecunia redimere bene possunt. jta quod singulas marcas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rediment pro decem marcis pecunie numerate. postquam uero eas redemerint ut est dictum, extunc littere quas nobis super hac re dederunt. expirant protinus nec roboris sunt ullius. Et nos eis ipsas litteras mox reddemus omni dolo et uersucia in hoc pulsis. quod si in premissis aut in aliquo premissorum, quod absit, defecerimus. extunc nobis quod promiserunt, soluere non tenentur. et insuper eis, pro predictis omnibus et singulis, a nobis fideliter obseruandis, que nos tangunt, et ad que nos obligamus ut est dictum. Statuimus supradictis ciuibus aquen. dilectos fideles nostros, Winandum marescalcum nostrum, Godefridum de Huckelbag, Arnoldum de Nuerot, Egidium de Triuersdorp, Cunonem de Lunchis, dapiferum nostrum, Theodericum de Sursen, Cunonem de Lemborg, Anselmum de Wiliorun et johannem dictum Knode milites, jtem Alardum de Huckelbag, Alarduin de Bügholtz, Heinricum de Lünchis, Euerardum dictum Knode, Godefridum Burgrauium, Winandum de Nuerot, Arnoldum dictum Buckint, Wolterum de Heijda et Willelmum dictum Schreri scultetum nostrum Rodensem in solidum fideiussores. qui a proximo festo natiuitatis dni. usque ad annum stabunt in presenti fideiussione, quam firmiter et fideliter adimplebunt. jta quod si predictis ciuibus aquen. super premissis aut aliquo premissorum, defectus in toto uidelicet vel in parte, medio tempore foret ullus hij fideiussores, per litteras aut per certum ciuitatis aquen. nuncium, moniti, aquis infra muros, ad consuetudinem bonorum fideiussorum et fidorum, in hospitijs ita diu comedent et iacebunt, donec super defectu habito, et per ciues aquen. declarato, satisfactionem siue adimpletionem prestiterimus sufficientem quorum siquem, iacendi tempore, in alia iacentia contigerit reperiri, dum poterit, excluso omni dolo et uersucia, veniet fideliter ad iacendum. Nec sunt alias, nisi ipsis ciuibus placuerit, quam in suis mansionibus commonendi. quibus ciues aquen. non tenentur acquirere hospitem uel expensas. Et si contingat, quod absit, nostros fideiussores occasione huiusmodi dampna pati. et ipsi propter hoc nos duxerint pignorare. acceptamus et eligimus, quod ipsi fideiussores, accepta nostra pignora in ciuitatem aquen. uehere valeant, et ea inibi obtinere, propter quod ipsis ciuibus aquen. nec cuiquam alij offendemur. nec per nos aut per alios hac de causa ciues aquen. grauabimus aut alium quemquam, nec sinemus aliquatenus ut grauéntur. Hec autem omnia et singula, ipsi ciues aquen. nobiscum fecerunt et nos cum eis fecimus, serenissimo dno. nostro et suo dei gracia Romanorum Regi illustri, necnon et jmperio in omnibus iure saluo. cui nec nos nec ipsi intendunt, per presens factum, preiudicium aliquatenus generare. saluo nichilominus fedore, quod supradicti ciues aquen. cum venerabili dno. nostro Sijfrido dei gracia archiepiscopo colonien se memorant inijsse. cuius formam littere super hoc confecte continent et declarant, cui per presens factum preiudicare non intendunt. postquam vero humanitas nobis contigerit, heres ducatus nostri, si que nos promisimus fideliter obseruauerit. ipsi ciues aquen. illi, sicut nobis has centum marcas singulis annis dabunt que si non obseruauerit fideliter. ipsi ciues aquen. a solucione harum centum marcarum et a predictorum obligacione, erunt et manebunt liberi penitus et soluti. jn quorum omnium et singulorum certitudinem et robur inuiabile, nos sepedictis ciuibus aquen. presentes litteras, sigillis nostris dedimus communitas. quibus litteris et sigillis, nos, ad predictorum omnium ac singulorum firmam et fidelem obseruanciam liberaliter obligamus. Nos quoque fideiussores predicti ad firmam et fidelem huius fideiussionis adimplecionem, nos similiter obligantes, nos qui sigillis caremus proprijs per sigilla predictorum dni. ac dne. nostre, nos acceptamus et eligimus obligatos, sed nos Godefridus de Huckelbag, et Cuno de Lunchis dapifer supradicti, nostra sigilla, quibus ad hanc fideiussionem astringimus, appendimus huic scripto. Actum et datum jn vigilia octauarum assumptionis bte. virginis. anno dni. millo. CC. septuagesimo quinto.

3s Siegel abgefallen. 1s an grün-seidener Korde, 2s und 4s an roth- und gelb-seidenen Korden.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

220.

Vniuersis ad quos peruenerit presens scriptum.. Nos Waleramus.. dux Lemborgen. Notum facimus et fatemur, quod nos considerato, qualiter inter renum et mosam, vie, quarum conductus et defensio ad nos pertinet, a maleficis precluduntur, illud specialiter insidet cordi nostro, quod securitas, pax et tranquillitas, nostris adiutoribus, amicis, subditis, et viatoribus, nostram sollerciam procurentur. Hac itaque consideracione ammoniti et inducti. amicitiam, assistentiam, et confideracionem cum viris prudentibus, dilectis et specialibus amicis nostris, judicibus. scabinis.. consulatu.. ciuium magistratu, et cum vniuersis ciuibus regalis sedis aquen initam et contextam cuius formam et tenorem littere, quas super hac re ipsi cives aquen. a nobis obtinent plenius continent et declarant, volentes propter strictiorem obseruantiam innouare. fide prius corporali prestita, et deinde tactis stis. reliquijs corampositis. jurauimus et promisimus bona fide, omnes conditiones et obligaciones, contentas in ipsis litteris nostris confectis, super assistencia et auxilio quamdiu vixerimus inuiolabiliter obseruare simili modo Theodericus de Geilenkerken et vdo frater eius. Arnoldus de julemont. Godefridus de Hukelbagh, Renerus de Driesche, Arnoldus de Nuerot. Egidius de Trivensdorp. Cono de Loncis dapifer noster, et Gossuinus de Gripishouen. dilecti fideles et consiliarij nostri, fide prius corporali prestita et postmodum mox tactis sacris reliquiis antepositis jurauerunt quod nobis et nobiscum predictis ciuibus aquen. in omnibus premissis pro pacis, securitatis et tranquillitatis obseruancia et effectu, assistent fideliter consilio, auxilio pariter et fauore. jn cuius rei testimonium. firmam et fidelem obseruanciam et robur perpetuo valiturum, nos sigillum nostrum pro nobis et nostris heredibus, quos ad similia obligamus appendimus huic scripto. Nos quoque fideles et consiliarij supradicti per sigillum ipsius dni. nostri. ducis ad premissorum obseruantiam obligamus. Actum et datum aquisgrani in domo.. decani aquen. dominica proxima post festum bte. lucie virginis. anno dni. M. CC. septuagesimo quinto.

Reutersiegel in weissem Wachs an einem breiten Pergament-Streifen.

221.

Rudolff von Gotsgnaden romischer König zeu allen zijten merer des richs und Gertrud Konigin an siner sijten, [1]) allen die diese genwirtigen briefe ansehende werden, heil in dem Herren. Als wir in die statd Ache mit unsern lieben fursten zu entfahnde die gabe unser Kronunge gekommen sin und unser selige Kronunge mit billicher tzirlichkeit gethan, was derselben fursten stule mit sampt unsern stulen hin und her in unserm Kuniglichen huse daselbst, als das gewonhlichen ist, zu der herschaf unseres immetzes [2]) gesatzt waren, ist zuschen dem wirdigen unserm fursten zeu Menz und zeu Colne Ertzbischoue als von des sitzens wegen zeu der rechten hant, ufferstanden eijn materie der tzweijunge doch am lesten der vorgenanten von Mentz, uft das solichs unsers festes frolicher nit geirret sunder in allen dingen nach unserm begirde gethan wurde von unser und der anderen fursten grosser bete wegen hat solicher tzweijtracht nit verfolgt, sunder wir bekennen mit disen genwertigen und betzugen mit uffemberlichen antlitz, das umb ere willen unser hocheijt, uft das er darinn, die begirde siner vollenkommen liebe die er zu uns hat, irtzeijgete mit der dat, hat er uft dasmal mit eijnem lobelichen ubirsehen dardurch gegangen, doch so

---

1) d. i. seiner Gemahlin.

2) jmmes. jmms. jmbiss. Frühstück. Gastmahl.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bedingte er uffenberlich das dem besesse solicher sitzunge des rechts und der tat, die er hat, durch das ubirsehen nit moge hernachmals abegenommen noch ine adir siner Kirchen zeu Mentze dardurch solle in eijnichem sinem teijle eijnche versuechunge gemacht werden. diese ding sin gescheen zu Ache. VIII. Kl. Novemb. unsers richs am ersten iare.

(Ex Gerberti cod.-diplomat. Hist. silvae nigrae. Tom. III. pag. 190. Tijpis san- Blasianis 1788.)

222.

Nos Sifridus dei gratia ste. colonien. ecclesie archiepiscopus. Sacri jmperij per jtaliam archicancellarius. Notum facimus vninersis, quod nos attendentes fidelem constanciam et constantem deuocionem, quam dilecti nostri.. judices.. scabini et vniuersi.. ciues aquen. hactenus habuerunt, erga bone memorie nostros.. predecessores archiepiscopos, et ecclesiam colonien, considerantes eciam serenissimo dno. nostro R.. roman. regi illustri, qui nobis suas super hec litteras destinauit complacere ipsos judices scabinos et vniuersos ciues aquen. in nostram defensionem recipimus et protectionem, cum rebus et personis. jta quod eos defendemus et specialiter in locis infrascriptis, jn Andernaco videlicet et ab Andernaco per cetera infraiacentia loca vsque Nussiam, et in ipso Reno citra jtem infra Renum et Mosam a Leodio scilicet usque Ruremunde et per infraiacentia loca, contra omnes eorum aduersarios.. molestatores, et inpugnatores quoscumque consilium prestabimus eis et auxilium requisiti et assistemus eosdem, cum nostris hominibus fideliter et benigne, in nostris laboribus et expensis, Nichilominus in aliis locis quantum possumus graciose juuabimus eosdem, ipsi eciam.. judices.. scabini et vniuersi ciues aquen. infra terminos precitatos econuerso nobis assistent aduersus.. molestatores.. aduersarios et iniuriatores nostros auxilium et consilium prestando nobis. requisiti in laboribus ipsorum et expensis, jta quod nec ipsi nobiscum nec nos cum eis dampnum comportabimus, si quod de hac re hic illic ne contigerit euenire, nec nos ab eis, nec ipsi a nobis dampnum siquod emerserit exigemus aut requiremus, preterea si ipsi propter nos, aut nos propter eos bellum vel inimicicias incurrerimus super hiis. nec ipsi sine nobis nec nos sine eis Treugas dabimus, nec super hiis pacem nec reconciliationem facimus, et in omnem euentum durantibus inimiciciis ipsi nobis assistent et nos eis, premissa vero omnia promittimus.. ciuibus antedictis. dno. nostro. R Rom. rege duntaxat excepto, cui nolumus hoc promissum preiudicare. jn cuius rei testimonium et firmitatem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, actum et datum colonie ij. jdus junij. anno dni. M. CC. septuagesimo quinto.

Siegel abgefallen.

223.

Nos Sifridus dei gratia ste. colonien. ecclesie archieps. sacri jmperii per ijthaliam archicancellarius et nos johannes eadem gracia dux Lotharingie et Brabancie notum facimus vniuersis, quod nos deuotionem dilectorum nobis virorum honestorum judicum, scabinorum, consulum, ciuium, magistratuum, ac ceterorum ciuium regalis sedis aquen. pre oculis habentes, ipsis promittimus bona fide, et ad quod nos de nostrorum consiliorum instinctu litteris presentibus obligamus, quod contra omnes et in omnibus, in quibus consilio nostro, ordinationi et mandato stare voluerint. eisdem consilio, auxilio et fauore fideliter assistemus, et ipsos, dum per nuntium aut literas requirere duxerint, contra suos aduersarios iuuabimus bona fide, jn cuius rei testimonium presentes literas dedimus ipsis ciuibus aquens. nostrorum sigillorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

munimine roboratas. Datum Dailheim anno dni. millesimo ducentesimo octuagesimo, in crastino resurrectionis dni.

2 Siegel an gelb- und röth-seidenen Fäden 2s beschädigt.

224.

Johannes dei gratia Dux Lothar. et Brabant. universis tam presentibus quam futuris presentes litteras visuris salutem, et cognoscere veritatem. Ex debito nostri principatus hos non immerito promouemus et amplectimur gratia speciali apud quos dignitatis officio fungimur et honoris, jtaque nostrorum progenitorum qui sedem regalem aquen. et eius ciues ubi sicut ipsi fuerunt nos sumus superior aduocatus, ab eo tempore cuius non extat memoria, sedulo promouerunt conseruauerunt et pio studio deffensarunt uestigiis inherentes tam ob reuerentiam. sacri romani imperij, quam ratione superioris aduocatie, qua post ipsum imperium fungimur apud eos, dictam sedem regalem, et eius incolas, siue ciues conseruare, promouere, et omnia eis. fructuosa facere, impendere promittimus, et tueri. Et dum requirere duxerint eis consilium et auxilium opportunum promittimus impertiri, sicut eorum superior aduocatus, dantes eis presentes litteras cum appensione nostri sigilli in robur et testimonium super istis, datum aquisgrani dominica proxima post Vrbani pape anno dni. M. CC septuagesimo septimo.

(Appendebat sigillum cerae flavae.)

225.

Johannes dei gratia Dux Lothar. et Brabancie. Vniuersis tam presentibus qam futuris, presentes litteras visuris, salutem et cognoscere veritatem. Ex debito nostri principatus, hos non inmerito promouemus et amplectimur gratia speciali. apud quos dignitatis officio fungimur et honoris. jtaque nostrorum progenitorum, qui sedem et ciuitatem Regalem aquen. et eius ciues, ubi sicut ipsi fuerunt, nos sumus superior aduocatus. ab eo tempore cuius non extat memoria, sedulo promouerunt, conseruauerunt et pio studio defensarunt vestigijs inherentes, tam ob reuerenciam sacri Romani jmperij, quam racione superioris aduocatie qua post jmperium fungimur apud eos, jtem propter assistentiam nobis pactam, predictam sedem et ciuitatem regalem et eius incolas siue ciues, conseruare, promouere, et omnia eis fructuosa facere ac impendere promittimus, et tueri. Et dum requirere duxerint, eis fauorem, consilium, auxilium et assistentiam impertiri promittimus et prestare fideliter et benigne. ad que vniuersa et singula, ipsis ciuibus aquen. bona fide seruanda, nostrum qui in ducatu legitime successerit heredem, imperpetuum obligamus; dantes, de consilio nostrorum consiliariorum, pro nobis et predicto herede nostro, eisdem ciuibus aquen. qui nunc sunt aut in futurum erunt, presentes inperpetuum duraturas litteras, cum appensione sigilli nostri, ad firmum robur et in eternum testimonium super omnibus et singulis supradictis; Datum Dailheim feria quarta post pascha dni. anno eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo.

(Appendebat sigillum cerae flauae sed partim fractum.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

226.

In nomine domini amen. Nos Rijcharda.. comitissa iuliacensis. Waleramus aquensis. Ottho traiectensis ecclesiarum prepositi et Gerardus filii eiusdem. Notum facimus vniuersis, quod de consilio, voluntate et consensu domini Henrici episcopi quondam leodien. domini Reijnaldi Gelrie. Henrici lucelburgen. Henrici de Ruppe, Arnoldi de Los comitum. Gerardi domini de Durbuij, Walerami dni. de Valkenborch, Walerami filii comitis Lucelburgen. Theoderici domini de Heimsberch, Egidii domini de Vre. super omnibus questionibus, rancoribus, controuersiis et inimicitiis vniuersis quos vel quas habuimus et habemus, contra consules, scabinos, magistros ciuium et vniuersos ciues regalis sedis aquensis, compositionem, reconsiliationem et firmam pacem mediantibus dnis. nostris. domino Sijfrido ste. colonien. ecclesie archijepiscopo et magnifico viro dno. johanne.. duce Lothar. et Brabantie facimus et fecimus pro nobis et tota nostra parentela ministerialibus, vasallis, hominibus et amicis nostris vniuersis, omni fraude et dolo exclusis sub hac forma. Videlicet quod dicti ciues aquenses dabunt propter bonum pacis et concordie quindecim milia marcharum denariorum qui vulgariter anglici brabantini dicuntur. vel valorem eorundem. duodecim solid. pro marcha qualibet computatis. modo et terminis infrascriptis. jn octaua bti. Remigii proximo futura tria milia marcharum denariorum predictorum. jtem in festo natiuitatis domini subsequente immediate similiter tria milia marcharum. jtem in medio augusto tunc sequente, anno reuoluto quatuor milia marcharum eorundem denariorum. jtem jn carnipriuio tunc sequente, anno etiam reuoluto, quod erit anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo dabunt quinque milia marcharum pro vltima solutione denariorum predictorum. fiet autem solutio predicta suis terminis et temporibus antedictis. jn ciuitate aquensi nobilibus viris. dominis Reijnaldo Gelrie et Henrico Lucelborgen. comitibus ad hoc specialiter deputatis. vel nuntiis ipsorum habentibus speciale mandatum ab eisdem comitibus in premissis. et literas acquitationis et refutationis pecunie tunc solute. Quibus de consensu nostro et omnium predictorum damus potestatem per presentes et mandatum speciale numerandi, examinandi, et recipiendi denarios predictos. terminis antedictis. Quod si alterum de dominis predictis vel ambos medio tempore decedere contigerit quod absit. heredes proximiores vel proximior succedent vel succedet loco defunctorum seu defuncti. qui consimilem habebunt vel habebit potestatem in premissis. quibus numeratis, examinatis et receptis. signabuntur in sacco vel saccis sigillo ciuitatis aquen. et dominorum predictorum. Et extunc ciues aquen. denarios sic signatos conducent ad villam Berghe inter. aquis et Rode ducis. Et dabunt domini predicti in quolibet termino literas suas patentes ciuibus aquen. de solutione eis facta. Et si de predictis sex milibus marcharum primis tria milia in natiuitate domini soluenda soluta non fuerint. Tria milia in octaua bti. Remigii predicta soluta, perdita erunt in penam solutionis non facte. Et sic est obseruandum si in medio augusto et carnipriuio terminis subsequentibus fuerint negligentes ciues aquen. in solutionibus faciendis. jn omnibus premissis fraude et dolo penitus exclusis. preterea si predicti ciues in terminis supernominatis non soluerint ipsos denarios sicut est condictum. Reuerendus pater dnus. Sijfridus colonien.. archijepiscopus cum decem militibus et dux brabantie cum totidem militibus dnus.. archijepiscopus apud Reijs et.. dux brabantie in traiecto super mosam moniti iacebunt modo et more bonorum fideiussorum. inde non recessuri, donec de premissa pecunia, dampno et interesse fuerit satisfactum. Ut hoc ipsi domini.. archiepiscopus et.. dux fide prestita promiserunt. Nec ipsi.. archiepiscopus et.. dux in premissis prestabunt ciuibus aquen. consilium. auxilium vel juuamen. Et quia predicti ciues propter bonum pacis et concordie cum honore magno et rerum suarum dispendio se ad premissam pecuniam obligarunt· dignum est, quod ipsi ciues nobiscum, filiis nostris, comitibus, nobilibus et nostra parentela vniuersa, vassallis, militibus, ministerialibus, famulis ac vniuersis in terris nostris et in districtibus dnorum. predictorum commorantibus tranquillitate et pace fruantur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et gaudeant speciali. Hinc est quod nos comitissa predicta, Waleramus, Ottho et Gerardus eiusdem comitisse predicte filii, debitam uruedam et consuetam fecimus et facimus jurauimus et iuramus ciuibus aquensibus pro nobis nostraque totali parentela ac vniuersis vasallis, militibus, famulis, ministerialibus et aliis hominibus terre nostre et in districtibus predictorum dominorum et nobilium ac ubicumque commorantibus necessariis ad uruedam faciendam. super inimicitiis antedictis. promittentes nichilominus sub iuramento nostro, quod nos omnes ad uruedam faciendam necessarios et ad huiusmodi inimicitias spectantes. quos adducere poterimus fraude et dolo exclusis adducemus ad faciendum uruedam supradictam. Si uero aliquis quicumque sit ille de districtibus nostris et terris dominorum et nobilium predictorum huiusmodi pacem et compositionem infregerit et obseruare noluerit, quod absit. illi nec nos, nec predicti domini aliquod consilium impendemus vel iuuamen. Nec ipsum in nostris recipiemus castris siue munitionibus siue terris neque tenebimus. Quod si aliquis quicumque sit ille, ad quem de inimicitiis predictis pertinet. ciues aquen. in districtibus nostris et dnorum. predictorum in bonis vel personis ipsorum inuaserit. Nos vel dnus. terre illius, in qua delictum fuerit perpetratum, de illo malefactore faciemus ius expeditum. sicut iustum est de pacis violatore. Nec excusatio illius malefactoris admittetur. si dicat quod ciues aquen. capitales sui sint inimici. occasione guerre predicte. si tamen aliquis ad quem pertinet de huiusmodi inimicitiis siue sit de districtibus nostris et dominorum predictorum siue extra. ipsos ciues in bonis suis inuaserit vel personis. Nichilominus ipsi ciues suis terminis tenebuntur soluere pecuniam antedictam. et archijepiscopus et. dux predicti erunt obligati vt est supradictum ad huiusmodi pacis firmiorem obseruantiam. dnus. archijepiscopus et dominus dux predicti promiserunt fide prestita corporali quod quicumque huiusmodi pacem et reconsiliationem infregerit, erunt contra eum quousque consentiat compositioni antedicte. jtem quilibet utriusque partis qui eiectus fuit de bonis suis quibuscumque occasione inimicitiarum predictarum erit in eisdem bonis suis fuit ante inchoationem guerre supradicte. Verum si aliquis vellet aliquem impetere per iusticiam per hoc reconciliatio antedicta nullatenus infringetur. nec reputabitur uiolata. jtem de liberis quondam Willelmi primogeniti nostre comitisse fratris nostrorum prepositorum sic est condictum, quod nos et parentes nostri proximiores, ipsos liberos quamprimum ad annos peruenerint discretionis. toto posse nostro tales habebimus et ad hoc inducemus bona fide. quod super premissis omnibus et singulis uruedam faciant, et compositionem, reconciliationem. pacem et uruedam. quas pro ipsis fecimus et facimus in presenti. inuiolabiliter teneant et obseruent si tamen ipsi liberi quod absit, predictas compositionem, reconciliacionem, pacem et uruedam, quas pro eis facimus nollent obseruare nec uruedam facere. mille marchas pecunie supradicte eis exhibebimus et dabimus. quas si acceptare et recipere nollent, nos illas mille marchas ciuibus aquen. reddemus. Et preterea nec nos nec parentela nostra ipsos liberos iuuabimus seu confortabimus contra ciues aquen. consilio, auxilio vel fauore vel contra eorum in hac parte adiutores jtem de Waleramo de Berchem dicto de iuliaco sic est actum. quod certam partem pecunie predicte videlicet decem libras turonen. paruorum exhibebimus et dabimus eidem. quas si recipere vel uruedam facere nollet. nos ipsas decem libras defalcabimus de summa predicta. et ciues aquen. sibi eas retinebunt. Nec nos nec parentela nostra ipsum iuuabimus contra ciues aquen. vel eorum in hac parte coadiutores. jtem pro Gerardo filio nostre comitisse predicte fratre nostrorum prepositorum promittimus et sufficientem prestamus caucionem. quod compositioni et paci predictis et uruede quas pro eo facimus de consensu parentele nostre consentiet et inuiolabiliter obseruabit. Et ad hoc faciendum ipsum vocabimus sine mora. jtem de captiuis hinc inde sic est actum. quod siue sint in vinculis siue extra vincula liberi erunt et soluti et fideiussores eorum dummodo predicte compositioni velint includi et debitam facere uruedam. jta tamen quod expense quas ipsi captiui fecerunt in captiuitate rationabiliter soluantur hinc et inde. condictum est etiam quod dux brabantie pro sex milibus marcharum soluendarum in octaua bti. Remigii predicta et in festo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

natiuitatis dni. subsequente dabit viginti obsides ijdoneos sub expensis ciuium aquen. tenendos. quibus sex milibus marcharum suis terminis persolutis, obsides predicti erunt liberi et soluti. jtem ad honorem dei et gloriose virginis bte. Marie matris sue et pro salute animarum ciues aquen. facient quatuor altaria in expensis suis et ea dotabunt quodlibet cum decem marcharum sterlingorum redditibus decem solidis pro marcha qualibet computatis. vnum altare in monasterio albarum dominarum in ciuitate aquen. aliud in monasterio in Porceto ordinis cijstercien. extra muros aquen. quibus altaribus moniales dictorum monasteriorum ad officiandum preficient personas ijdoneas et honestas. Reliqua vero duo alteria facient in comitatu iuliacen. in locis vbi viderimus expedire, que ille quicumque fuerit comes iuliacen. conferet sacerdotibus ijdoneis et honestis. Et pro dotatione dictorum altarium liberum erit ciuibus aquen. ad comparandum singulos redditus decem marcharum cuiuslibet altaris deponere censum marchas sterlingorum decem solidis pro marcha qualibet computatis in aliquo monasterio vbi secure detineantur. et si ipsi ciues a dotatione cuiuslibet altaris per huiusmodi depositionem centum marcharum erunt liberi et soluti. et licet superius sit expressum quod sacci cum pecunia a ciuibus aquen. danda signari debeant sigillis predictorum Gelrie et Luceborgen. comitum tamen illi qui ad recipiendum pecuniam predictam ab ipsis comitibus deputabuntur. dictos saccos suis sigillis sigillabunt. et in hoc communiter est concordatum. jn quorum omnium testimonium et robur sigilla nostra presentibus sunt appensa. Et nos Henricus episcopus quondam leod. dnus de Monfort. Reijnaldus., comes Gelrie et dux Limburgen, et Henricus comes Luceburgen. pro nobis et filiis nostris. Henrico et Waleramo. Arnoldus.. comes de Los, Gerardus dominus de Durbuij, Theodericus dnus. de Heimzebergh, Waleramus dnus. de Valkemborgh, Egidius dominus de vre, dictis compositioni, reconciliationi et paci presentialiter interfuimus, eisdem consentimus et uruedam debitam pro uobis et heredibus nostris fecimus et pro natis et nascituris, tactis sacris reliquiis iuramus omnia et singula premissa, fraude et dolo penitus exclusis inuiolabiliter obseruare. Et sigilla nostra ad maiorem firmitatem apposuimus huic scripto. Nos quoque Sijfridus ste. colonien. ecclesie.. archijepiscopus et johannes dux brabantie premissis omnibus interfuimus, ea vidimus et audiuimus et de mandato speciali et ad preces consulum, magistrorum, ciuium, scabinorum et vniuersorum ciuium regalis sedis aquen. sigilla nostra apposuimus in robur huic scripto. Nos uero vniuersi ciues aquen. predicti huiusmodi compositioni, paci et reconciliationi consentimus sponte acceptamus, et ad obseruantiam omnium et singulorum premissorum nos fide prius prestita corporaliter et tactis postmodum sanctis reliquiis obligamus. et sigillum ciuitatis nostre in horum testimonium et robur presentibus duximus apponendum. jn huiusmodi compositione johanne dicto Sceiuart milite de Rode duntaxat excepto. Actum et datum apud sconowen prope aquis jn vigilia beati mathei apostoli et evangeliste anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo.

13 anhangende und 1 abgerissenes Siegel an grün- oder roth-seidenen Korden, alle in grünem Wachs; das 7te in weissem.

227.

Nos Waleramus aquen. et Otto traiecten. ecclesiarum prepositi fratres notum facimus vniuersis. quod cum occasione pacis jnite inter nos. et parentelam nostram ex vna parte. et ciues aquen. ex altera promiserimus, ipsis ciuibus aquen. quod consanguineos nostros.. liberos dni. Willelmi, quondam fratris nostri tales habebimus. quod si composicionem ratam habebunt et gratam. et propter hoc promiserimus. eisdem.. liberis. mille marchas sterlingorum, que anglici brabantini dicuntur, duodecim solidis pro marcha qualibet computatis, nobis de pecunie summa persoluenda occasione composicionis prenotate exhibere atque

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dare, nos fide prius prestita corporali et juramento interposito promittimus efficere et procurare. omni diligentia bona fide, fraude et dolo exclusis, quod predicti liberi uruedam faciant, ciuibus aquen. et consentiant composicioni et uruede, quos fecimus pro eisdem, si vero quod non speramus id efficere non possemus ullo modo, dictas mille marchas ipsis.. liberis sic promissas, infra quindenam postquam ipsi.. liberi quartum decimum annum attigerint, ciuibus aquen. restituimus. quod si in huiusmodi restitutione negligentes fuerimus, quod absit, nos ab ipsis ciuibus vel eorum certo nuncio patentes litteras deferenti eorundem moniti, uterque nostrum cum duobus militibus traiectum super Mosam intrabimus ad jacendum, infra quindenam post ipsorum aquen. monitionem. jnde non recessuri, quousque dicte mille marche ciuibus aquen. integraliter cum dampnis et expensis que propter defectum sustinuerint, fuerint persolute. ad que omnia et singula nos constituimus principales debitores et tanquam veri rei debendi nos obligamus, fide corporali prestita et juramento postmodum interposito per presentes, nostris sigillis sigillatas. Datum anno dni. M. CC. octuagesimo, in vigilia mathei apostoli.

2 ovale Siegel in grünem Wachs an grün-seidenen Fäden.

228.

Nos Renaldus guelren et Henricus luceburgen. comites notum facimus vniuersis presentes. litteras jnspecturis quod nos solutionem factam seu que fieri debebat de mandato nostro adulpho dicto de Blidesten militi et johanni canonici sti. dionisij leodien. de tribus milibus marcarum denariorum qui anglici brabantini dicuntur duodecim solid. pro qualibet marca computatis a ciuibus aquen. jn festo natuitatis dni. proximo preterito occatione reconciliationis facte inter nos et parentelam nostram ex vna parte et ipsos ciues ex altera ratam habemus et gratam eosdem ciues de dictis tribus milibus marcarum quitos clamantes et liberos tenore presencium quibus sigilla nostra jn testimonium sunt appensa. Datum anno dni. M. CC. LXXX. jn die jnnocencium.

2 Reuter-Siegel an Pergament-Streifen, beide sehr beschädigt. 1s in weissem, 2s in braunem Wachs.

229.

Reijnaldus gelren. et Henricus lucelenburgen. comites. viris prouidis et honestis.. Aduocato, scabinis, consulibus, ciuium magistratibus et uniuersis ciuibus aquen. salutem et omne bonum., cum nos ad exigendum, et recipiendum a vobis quindecim milea marcar. denarior., qui anglici brabantini communiter appellabantur duodecim solidis pro marca qualibet computatis vel valorem earundem in alia moneta, in quibus tenemini terminis ad hoc statutis, occasione pacis inite, inter nos et parentelam nostram ex una parte et vos ex altera, sumus ab ipsa parentela nostra concorditer deputati, prout in litteris super hoc confectis et sigillatis plenius continetur. transmittimus ad vos dilectes nostros magistrum johannem canonicum sti. dijon. leod. et Wilhelmum dictum de Herle presen. exhibitores, quos earundem tenore constituimus nostros procuratores et nuncios speciales ad exigendum a vobis pro nobis et nostro nomine quatuor milia marcarum denariorum supradictorum, ad quorum solucionem estis in instanti festo assumptionis bte. Marie virginis obligati, dantes ipsis procuratoribus et nuncijs potestatem et speciale mandatum predictam summam denariorum a vobis petendi, recipiendi, numerandi, examinandi in saccis deponendi saccos eciam postquam in ipsis huiusmodi denarii depositi fuerint suis sigillis signandi, et ipsos saccos cum denarijs extra ciuitatem uestram ad locum quem voluerint libere deferendi, ac omnia alia faciendi que ipsis ad expedicionem premissorum vtilia videbuntur. Datum habentes et gratum quicquid a dictis procuratoribus et nun-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ciis nostris, pro nobis, et nostro nomine factum fuerit in premissis, et hec vobis et vniuersis significamus sub sigillis nostris in testimonium presentibus appensis. Datum anno dni. millesimo ducentesimo, octogesimo primo, feria quinta post jacobi apostoli.

Zwei Reuter-Siegel an Pergament-Streifen, beide beschädigt. 1s in weissem- 2s in grünem Wachs.

230.

Nos johannes dei gracia Loth. et Brabancie Dux, notum facimus vniuersis, et tenore presencium confitemur, nos, sicut a progenitoribus nostris, multis idipsum argumentis, et rei euidencia ostendentibus ad nos venit, esse superiorem ciuitatis aquen., et inhabitancium aduocatum. Quam aduocaciam a sacro Romano imperio nos tenemus, sicut ipsi progenitores nostri. tenuisse dinoscuntur ab eo tempore cuius memoria non existit. Nos igitur racione predicte aduocacie, ac ex nostri debito principatus, necnon et propter immensam et singularem, quam ad dictam ciuitatem et eius ciues et inhabitatores, dilectionem gerimus et fauorem ipsis scabinis, consulatui, ciuium magistratui et cunctis ciuibus et singulis predicte sedis aquen. pro nobis et nostris inperpetuum successoribus promittimus fide prius corporali prestita, deinde interposito iuramento, nos fideliter obligamus quod predictos ciues vniuersos et singulos contra quemlibet iuuabimus et eis assistemus auxilio, consilio, ac fauore sacro Romano imperio duntaxat excepto, cui preiudicare non intendimus per id factum. Quod si forte nos cum dictis ciuibus, aut ipsi ciues nobiscum, siue nos propter ipsos, aut ipsos propter nos, contra quemquam seu quosquam, in inimicicias, guerras aut bellum quod absit contigerit deuenire. Nos sine eis Treugas non dabimus, nec reconciliacionem aliquam faciemus. et ipsi versa vice sine nobis treugas non dabunt, nec reconciliacionem facient ullo modo. que omnia et singula eis tenere promittimus bona fide, eum qui nobis in ducatum successerit heredem, ad similia obligantes. jn cuius rei testimonium, nos de nostrorum consiliariorum consilio ac instinctu presentes litteras, supradictis ciuibus aquen. duraturas imperpetuum, nostro sigillo dedimus communitas. Datum aquis. jn vigilea bti. Marci Ewangeliste Anno dni. Millesimo CC. octagesimo. secundo.

(Sigillum in cera flava.)

231.

Vniuersis ad quos peruenerit presens jnstrumentum. Nos Walramus dnus de Falkenburg et de Mongoij notum facimus, fatemur et recognoscimus dilectis amicis nostris ciuibus aquen. contulisse jnstrumentum seu litteras sub hac forma. Vniuersis ad quos presentes littere peruenerint. Nos Walramus dnus. de Falkenburg et de Mongoij notum facimus confitentes, quod nos iusticiam et sacri Romani imperij, cuius fidelis sumus, et a quo nonnulla feoda tenemus, reuerentiam intuentes. Thelonea cuiuscumque generis que a ciuibus aquen. per nostram terram et districtum aliquando accepimus seu extorqueri fecimus, quia sunt iniusta et indebita, sicut liquide nobis constat, pure ac simpliciter relaxamus. que etiam volumus esse in perpetuum relaxata. volentes et de consilio fidelium et consiliariorum nostrorum inuiolabiliter decernentes, ut ciues aquen. vniuersi et singuli per totam terram nostram et districtum ab omni genere thelonei soluti et liberi proficiscuntur et transeant in perpetuum, quemadmodum eos diui augusti jmperatores et Reges Romani qui ciuitatem aquen. eis alpes caput jmperii statuerunt, muniuisse priuilegijs et libertatibus dinoscuntur. Verum quia predicti ciues aquen. nos suis gratis et grata vicissitudine dignis muneribus respexerunt,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nobis videlicet quingentas marcas numerate pecunie largiendo et insuper nobis triginta marcas soluendas in festo bti. Remigij annis singulis conferendo. Nos volentes eos retributione prosequi ampliori, eis promittimus et nos eisdem bona fide obligamus, quod ipsos per totam terram nostram et districtum et ubicunque posse habemus, conseruabimus et tuebimur fideliter et benigne. Quos si terram nostram eundo vel redeundo seu morando, die vel nocte transire cum armis aut sine armis siue in ea moram facere contigerit, nos eos securos et indempnes tam in rebus quam personis liberaliter recipiemus et recipi faciemus. eos ibidem pro posse nostro bona fide pre omnibus defensuri. jta quod ibi in suis expensis et sumptibus perseuerent. Et ut breuiter concludamus neminem iuuabimus contra ipsos. sed eos iuuabimus fideliter contra quemlibet hijs exceptis dnis. videlicet nostris, quorum fidelis sumus. jtem dno. comite juliacen. dno.. comite de Monte. dno. Gerardo de Durbuij et dno. de Heinsberg similiter exceptis. contra quos predictos ciues aquen. iuuare non obligamus, nos nisi id facere nostre fuerit voluntatis. Quod si contingat aliquem de nostris fidelibus ministerialibus hominibus seu consanguineis solum predictis nominatis, exceptis ipsis ciuibus aquen. iniuriari vel aduersari. id per iusticiam vel amicitiam. si possumus, sopiemus, alioquin ipsos ciues aquen. fideliter iuuabimus contra illum. verum quia infra terram nostram et districtum predictos ciues iuuare tenemur et eis assistere contra quemlibet in nostris laboribus et expensis: si forte contingat quod ipsi nos aut officiatum nostrum extra terram et districtum nostrum in suum vocauerint auxilium. nos vel officiatus noster pro posse nostro bona fide cum tot hominibus quot requirendos duxerint venire tenemur eis in auxilium, et utique veniemus, et ipsi tunc expensas nobis et nostris hominibus procurabunt. Et si forte deventum fuerit ad conflictum, nobis omne lucrum et commodum inde proveniens et nostris hominibus salvum erit. quodcumque etiam dampnum vel incommodum nobis aut nostris hominibus euenerit vel emerserit inde in nos solummodo redundabit quod predicti cives aquen. non tenentur nobis aut nostris hominibus in parte vel in toto aliquatenus resarcire. preterea predicti cives aquen. supradictas triginta marcas nobis annuatim solvendas quandocunque voluerint redimere bone possint. jta quod quamvis marcam redimant pro decem marcis pecunie numerate. Hec omnia et singula prius corporali fide prestita et postea tactis sanctis reliquijs iuravimus et bona fide promisimus et promittimus supradictis ciuibus aquen. vniversaliter et singulariter firmiter observare. jn cuius rei testimonium et robur perpetuum nos preappenso sigillo nobilis viri dni. nostri Wallerami ducis Limburgen. quod hijs appendi rogavimus presentes litteras ipsis civibus aquen. dedimus communitas sigillo nostro et sigillo dni. Gozwini de Burne dilecti fidelis nostri. quod etiam rogavimus hijs apponi. Et nos Adam dnus. de Hare, Goswinus frater eius, et johannes de Hafgensdale fideles et consiliarij predicti dni. nostri de Falkenburg et de Mongoij fide prius corporali prestita promisimus et tactis sanctis reliquijs iuravimus, quod eundem dnum. nostrum bona fide immo verbo et opere fideliter tenebimus ad observantiam omnium predictorum et ad id fideliter assistemus sigilla nostra una cum sigillis predictis presentibus in testimonium apponentes. Actum et datum dominica proxima post octavas bti. Mathie apostoli anno dni. Mill°. CC. septuagesimo quinto. Verum quia inter nos et predictos ciues aquen. huius conventionis et federis est facta transgressio negligenter, nos volentes predictos cives aquen. omnes et singulos nemine excepto, quia cum eis reconciliati sumus et amicitiam fecimus puro corde. affectu et favore prosequi ampliori. omnia et singula in premissa littera contenta cum vniuersis obligationibus et promissis predictis civibus aquen. vniuersis et singulis renovamus et presentis scripti patrocinio confirmamus fide corporali. prius prestita dehinc tactis sacris reliquijs iuramus sicut alias iuravimus. nos hec fideliter promittimus servaturos. ad quorum omnium firmam observanciam nos eo strictius dictis civibus obligamus quo nunc militari balteo quo prius non fuimus, cincti sumus, et ipsi triginta marcas, quemadmodum in supradicta continetur littera annis singulis nobis solvent. jn cuius rei testimonium fidem et robur perpetuum. nos supradictis civibus aquen. presentes litteras sigillo nostro dedimus communitas. Nos etiam Goswinus de Hare, johannes de Hafgesdale, Go-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

defridus de Bungarde dicti dni. dapifer et Eustacius de pomerio milites confitemur nos hijs omnibus interfuisse, nostra sigilla presentibus in testimonium apponentes. et quod ipsum dnum. nostrum Walleramum ad horum fidelem observanciam tenere ac inducere fideliter debeamus bona fide promittimus per presentes. Actum et datum in vigilia bti. Martini episcopi. Anno dni. Millesimo ducentesimo octogesimo quarto.

(Et appendebant tria sigilla ex cordibus viridi coloris. 4tum sigillum abruptum.)

232.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris Reijnardus dei gratia abbas totusque conuentus monasterii jnden. ord. sti. benedicti colon. dioc., et Waltherus miles dictus de Castenholtz, Waltherus primogenitus suus et heres et Mechtildis uxor eius secunda cognoscere veritatem. Noueritis quod cum nos abbatem et conuentum ex una parte, et dictum Waltherum ex altera super vniuersis bonis, que monasterium nostrum jnden. ab antiquo habuit in villa Castenholtz, coram officiali colon. exorta fuisset materia questionis et inter abbatem et dictum Waltherum super huiusmodi questione et bonis, causa dudum ventilata fuisset coram diuersis officialibus curie colon., ac tandem in dicta causa diffinitiva sententia per officialem colon. pro nobis abbate et conuentu promulgata fuisset, per quam sententiam eadem bona adiudicata fuerunt nobis abbati et conuentui, ac dicto Walthero et eius primogenito et heredi, et coniugi sue secunde supradicte, quod de causa et questione huiusmodi tractatus amicabilis sub forma compositionis seu transactionis haberetur. in quo tractatu amicabili compositione seu transactione inter nos abbatem et conuentum dictum Walterum, W. eius primogenitum ex uxorem suam secundam in hunc modum et sub hac forma amicabiliter est compositum seu transactum videlicet quod nos abbas et conuentus renunciamus et renunciauimus omni iuri, dannis et expensis, que occasione dicte sententie competierunt et competere uidebantur, et quod idem Waltherus, primogenitus eius, et uxor sua secunda predicte recognouerunt et recognoscunt, quod dicta bona in Castenholtz, que nos et conuentus noster ibidem possedimus ab antiquo cum omnibus suis attinentijs ab hac hora etiam antea erunt nostri abbatis et conuentus et ad monasterium nostrum pertinebunt, prout antiquitus ad nos pertinere consueuerunt salua tamen aduocatia et iuribus ipsius dicto Walthero et primogenito suo, sicut antiquitus ipse W. et progenitores sui ipsam aduocatiam tenuerunt et possederunt secundum conditiones infrascriptas, insuper cum dictus W.. preter aduocatiam predictam et iura aduocatie predicte ratione homagii, quo nobis est astrictus, habeat curtim suam Castenholtz, quam tenet et possidet, et in qua moratur, cum suis attinentiis, illam tenebit et possidebit iure feudi sicut ipse et sui pregenitores a nobis et predecessoribus nostris tenuerunt et possederunt ab antiquo. preterea cum dictus W.. redditus quatuor marcarum, quas Wilhelmus miles pincerna de Nidecquen a nobis in eisdem bonis nostris de Castenholtz iure homagii et feudi singulis annis tenuit, possedit et percepit ab eodem pincerna sine consensu et voluntate nostra emit, placuit nobis et dicto Walthero et eius primogenito et heredibus ipsius ac uxoris sue secunde sub ferma amicabilis compositionis et transactionis predicte, quod nec ipse W.. nec primogenitus et coheredes eius, nec uxor sua predicta aliquid iuris de cetero in eisdem quatuor. marcis, in bonis nostris habeant vel percipiant aut vendicent. immo ipse W.. et primogenitus et coheredes eius, et uxor sua secunda, iuri si quod ex huiusmodi emptione et venditione habebant, seu habere videbantur sponte et simpliciter renunciauerunt et effestucauerunt, et nichilominus idem W.. promisit bona fide quod efficiet, si poterit, quod dictus Wilhelmus pincerna coram nobis abbate et nostris fidelibus prout est consuetum iuri, si quod habuit in dicto feudo quatuor marcarum pro se et suis heredibus renunciabit et effestucabit, et litteras, quas idem pincerna super hoc a predecessore nostro habuit, quas litteras idem Waltherus confessus est habere, restimet ante

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnia. Et licet dictus W.. primogenitus suus et heredes ac uxor sua secunda in dictis bonis preter supradicta nichil iuris habeant, placuit tamen nobis et conuentui nostro et dicto W.. primogenito et coheredibus suis, ac vxori sue secunde pro communi utilitate nostra et conuentus et ex aliis causis legitimis, quod predictus W.. et uxor eius secunda quamdiu vixerint, vel alter eorum, percipiet medietatem obuentionum reddituum et fructuum omnium bonorum nostrorum predictorum in Castenholtz, et nos abbas et conuentus reliquam medietatem dictorum vna cum medietate pensionis annue siue redditus aduocatie, quos ipse W.. et progenitores sui recipere consueuerunt, percipiemus, in quod filius ipsius et alii heredes ipsius W.. consenserunt. Et quod nos abbas et conuentus instituemus et faciemus ad libitum nostrum et voluntatem certum colonum, qui dicta bona in vineis et agris colat, et fructus colligat, et quicquid ultra expensas factus circa dictam culturam et collectionem fructuum superfuerit, nos equa portione cum dicto W.. et eius uxore singulis annis, quamdiu vixerint, vel alter ipsorum diuidemus et percipiemus. alios vero redditus et obuentiones dictorum bonorum consistentes in decimis, censibus, Kurmedis et obuentionibus officii nostri sculteti, aduocatie, jurisdictionum temporalium inter nos, quamdiu, sicut. dictum est, dictus W.. et uxor eius predicti, vixerint, vel alteri ipsorum bona fide equaliter diuidemus. Preterea sub eadem amicabili compositione et transactione est concordatum, quod nos abbas. et conuentus. dictus W. et uxor eius, quamdiu vixerint vel alter ipsorum edificia curtis seu curtium bonorum nostrorum in Castenholtz communibus expensis edificabimus et conseruabimus sicut hactenus edificari et conseruari consueuerunt. Mortuis vero dicto W.. et eius vxore nullus heredum ipsius W.. vel uxoris sue in dictis bonis de Castenholtz aliquid iuris obtinebit vel vindicabit excepta aduocatia predicta et curte ipsius Waltheri cum suis attinentiis quam a nobis et predecessoribus nostris ipse et progenitores sui iure homagii tenuerunt et possederunt, et quamdiu vxor predicta vixerit, licet dictus primogenitus vel heredes ipsius W.. ipsam advocatiam recipiant a comite juliacensi, dicta tamen vxor secunda dicto primogenito seu heredibus suis de dictis redditibus eiusdem aduocatie satisfaciet. si vero dictus Waltherus et eius uxor et primogenitus seu heredes predicti contra huiusmodi amicabilem compositionem seu transactionem aut alter aliquis vel aliqui nomine ipsorum vel alterius eorum, de iussu, mandato seu ratihabitione ipsorum in contrarium veniret, vel venirent in toto vel in parte, quoquomodo, quod ipse W.. et eius vxor ipso facto cadant ab omni iure percipiendi et leuandi medietatem fructuum et obuentionum bonorum nostrorum predictorum, nisi infra octo dies in hoc, in quo in contrarium compositionis venerunt, se corrigant cum effectu. Et si quid de fructibus, obuentionibusque dictorum bonorum, que per medietatem nobis competunt, auferretur, ipse W.. et eius uxor seu alter eorum nobis restituet infra octo dies, nulla a nobis super hoc monitione premissa, saluis tamen primogenito suo predicto et heredibus suis iure aduocatie predicte et aliis bonis, que in dicta villa a nobis tenent in feodo. jnsuper idem W.. instrumentum quod a predecessore nostro et conuentu super contractu quem inter ipsum predecessorem nostrum et conuentum confectum asserit, quod se habere fatetur ante omnia restituet et nobis resignabit. Nos vero Waltherus et uxor predicta, primogenitus et heredes ipsius W.. in predictam compositionem seu transactionem et omnes conditiones et pacta predicta sponte consentimus et concordamus et ad obseruationem premissorum omnium et singulorum tactis sacrosanctis iurauimus, quod premissa omnia et singula adimplebimus et obseruabimus, omni dolo et fraude exclusis, promittentes nichilominus, quod in signum firmitatis et consensus et ratihabitionis omnium et singulorum premissorum, Reuerendus pater dnus. Sijfridus ste. colon. ecclesie archiepiscopus sacri jmperii per jtaliam archicancellarius, capitulum colon. nobilis vir Walramus comes juliacensis, a quo dicta aduocatia dependet, necnon Ludouicus aduocatus in Lüllestorp. Tellemannus dictus de Rembag, Tellemannus iunior de Rembag et Adolfus de Rijmesheim milites, sigilla sua vna cum sigillo nostri Waltheri presentibus appendent. Nos vero abbas et conuentus in signum consensus nostri sigilla nostra apposuimus huic

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

scripto. Et nos Sijfridus dei gratia ste. colon. ecclesie archiepiscopus etc. sigillum nostrum, et nos capitulum colon. sigillum nostrum ad causas. nos vero Walramus comes juliacen. Ludovicus aduocatus in Lullestorp, Tellemannus de Rembag, Tellemannus iunior de Rembag, et Adolphus de Reijmezheim milites predicti, recognoscimus et protestamur, quod ad petitionem dicti Waltheri sigilla nostra appesuimus huic scripto in testimonium et robur omnium premissorum. Actum et datum feria secunda proxima ante festum purificationis bte. Marie virg. anno dni. 1285.

233.

Venerabilibus in cristo dilectis dno. decano et vniuersis capitularibus sti. adalberti aquisgr. Winnemar dei patientia abbas totusque conuentus monasterii Steinfeldensis salutem et orationes in cristo salutares, ex pie deuotionis affectu, quem erga nos et monasterium nostrum vos habere didicimus, vicissitudinem, quam possumus rependere, cupientes, plenam participationem orationum et omnium spiritualium beneficiorum, que de cetero apud nos et nostros fient, benigna vobis et successoribus vestris concedimus caritate. adducentes insuper, ut cum obitus alicuius vestrum seu successorum vestrorum nostro innotuerit capitulo tantum pro vobis fiet, quantum pro uno ex nostris fieri consueuit in psalmis, orationibus et in missis. valete datum in Steinveldt in die sti. seruatii anno dni. 1289.

(Appendebant 2 sigilla in alba cera impressa.)

234.

Vniuersis, ad quos presentes littere peruenerint, Winnemarus dei prouidentia abbas, Heinricus prior, totusque conuentus monasterii Steinvelden. ord. premonstraten. colon. dioc. salutem in omnium saluatore. Nouerit vniuersitas vestra, quod cum nos a viris venerabilibus dno. decano et capitulo ecclesie bti. adalberti aquen. molendinum apud Bulenheim situm pro certo pacto et censu, annis singulis eis soluendis. iure emphitheoseos id est iure hereditario teneamus, et tam multis annis tenuerimus cum conditionibus et aliis obligationibus, sicut littere super hoc confecte plenius continent et declarant, et inter nos ex una parte et predictos decanum et capitulum ex altera parte super illo articulo in predictis litteris contento videlicet, qui sic loquitur. si abbas prefati monasterii obierit pro requisitione molendini ipsum monasterium dimidiam marcam colon. monete tenetur reddere curie, contentio sit suborta nobis dicentibus, quod hanc dimidiam marcam, nisi abbas noster moriatur, pro acquisitione dicti molendini soluere non teneamur, supradictis decano et capitulo ecclesie bti. Adalberti in contrarium allegantibus, quod siue ipse abbas steinvelden. moriatur, deponatur, siue abbatie renunciet, siue cedat, seu quocunque modo alio desinat abbas esse, successor eius, qui pro tempore fuerit, pro requisitioni molendini predicti ipsam dimidiam marcam monete colon. non obstante allegatione nostra de iure soluere teneatur. Nos, qui diuinis potius tenemur et volumus vacare officiis, quam litibus et discordiis inhiare de proborum virorum et iurisperitorum consilio et ordinatione a dicta contentione recessimus, et cum supradictis decano et capitulo ecclesie bti. adalberti predicti super dicta articula per modum declarationis sic conuenimus et ipsi nobiscum, sic super eodem articulo conuenerunt, videlicet quod siue abbas noster, qui pro tempore fuerit, obierit, decesserit, deponatur, aut abbatie renunciauerit, siue cedat, vel quocunque modo alio desinat, abbas esse, successor eius, qui pro tempore fuerit, pro requisitione supradicti molendini a die electionis sue infra sex septimanas continuas tenetur et debetur quatuor solidos colon. monete certo apud Lendersdorff officiato predictorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

decani et capituli ecclesie bti. adalberti soluere et in signum recognitionis dominii cum plenitudine satisfacere de eisdem ipso veteri instrumento super hac et confecto et habito, hinc et inde in omnibus aliis articulis in suo robore permansuro. jn cuius rei testimonium et robur perenniter valiturum nos memoratis decano et capitulo ecclesie bti. adalberti pro nobis et nostris in perpetuum successoribus presens instrumentum sigillis nostris dedimus communitum, et ipsi nobis versa vice, sub sigillis suis instrumentum simile contulerunt. Actum et datum in vigilia ss. philippi et jacobi apostolorum anno dni. 1289.

(Dependebant sigilla capitulare et abbatiale.)

235.

Fridericus dei gratia Romanor. jmperator semper augustus, jerusalem et Sicilie Rex. Habentes pre oculis grata et deuota servitia, que Arnoldus de Gimmenich scultetus aquen. fidelis noster, nobis et imperio exhibuit obligationem trecentarum marcarum, quam sibi dilectus filius noster Conradus in Romanor. Regem electus, in domo nostra, in qua panni integri venduntur Aquis fecerat, ratam et acceptam habere volentes, eamdem imperialibus litteris confirmamus, ita quod de eadem domo nostra infra et supra, prout ibidem sita est, suam vtilitatem per omnia debet et poterit ordinare, donec ei trecente marce predicte a nobis et nostris successoribus fuerint integraliter persolute. Collationem etiam, quam ipsi et suis heredibus predictus filius noster feudalem fecerat de domo nostra aquis sita, que Blandin dicitur, de imperiali gratia ratam habemus. Datum crepacaij anno dni. M. CC. XLIII in archiv. Blankenheim. in novis subsidiis diplom. edidit Steph. Al. Würdtwein. T. XI. Heidelb 1788. pag. 21.

236.

Nos Guido comes Flandrie et Marchio Namurcen., ac johannes comes Haijnonie notum facimus vniuersis. quod cum nos dictum nostrum sub uerbis generalibus protulerimus de pace quam fecit nobilis vir johannis dei gracie Lotharingie et Brabantie dux cum nobili viro Rennaldo Ghelrie comite dicendo videlicet quod prefatus dux et omnes sui adiutores erant in illa pace et esse deberent, in hunc modum dictum nostrum declaramus quod intentionis nostre est et semper extitit quod ciues aquenses vniuersi et singuli sunt et esse debent in pace predicto de omnibus querelis motis occasione guerre mote, inter ducem et comitem supradictos. jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno dni. M. CC. LXXX. quarto in vigilia bti. petri ad vincula.

2 Siegel in gelbem Wachs an Pergament-Streifen, beide sehr beschädigt.

237.

Omnibus, ad quos presentes litteras contigerit peruenire. Winnemarus permissione diuina abbas, Heinricus prior, totusque conuentus monasterii Steinvelden. ord. premonstraten. colon. dioc. salutem in dno. Noueritis, quod nos viris venerabilibus decano et capitulo ecclesie bti. adalberti aquen. leod. dioc. de quibusdam bonis trium arearum adiacentium molendino apud Bulenheim sito, quod etiam ab eis pro certo pacto et censu tenemus, sicut instrumentum super hoc confectum plenius continet et declarat, soluimus et tenemus, soluere eidem decano et capitulo nouem denarios colonien. et tres gallinas iure hereditario in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

festo bti. martini episcopi annuatim insuper dimidium maldrum brasij aduocato curie eorum de Lendersdorf, ut ab omni placito aduocatie simus liberi et absoluti annis singulis persoluemus dantes memoratis decano et capitulo presentibus et futuris pro nobis et nostris successoribus in perpetuum presentes litteras cum appensione sigillorum nostrorum in robur et testimonium super istis. Datum in vigilia ss. philippi et jacobi apostolorum anno dni. 1289.

(Appendebant sigilla capitulare et abbatiale.)

238.

In nomine et titulo omnipotentis, quoniam in humanis actibus plerumque subrepit oblivio et omnia secum trahit temporis transmutatio. Nos Abbas et conuentus jmperialis monasterii sti. cornelij jnden. notum facimus vniuersis, quod licet nos ecclesiam de contheio per mortem bone memorie nobilis viri dni Goblionis de stimes quondam eiusdem ecclesie investiti et canonici sti. Petri leodien. vacantem diuisim diuersis personis contulimus, credentes nos habere ius hoc faciendi, et presentandi ad eandem archidiacono loci, postmodum tamen saniori et certiori inducti consilio intelleximus collationem dicte ecclesie ad nos abbatem et conuentum coniunctim pertinere. volentes igitur nos abbas conuentui, et nos conuentus abbati nostro ius suum integrum conseruari predictam collationem ad nos, ut pretactum est, coniunctim pertinere profitemur. jn quorum testimonium sigilla nostra presentibus litteris vnanimi consensu duximus apponenda. Datum anno dni. M. CC. octogesimo nono, VII. Kal. julij.

239.

Noverint vniuersi presentia visuri, quod nobis decano cristianitatis et fratribus capituli Thulpetensis, quam pluribus celebrantibus sacram sijnodum in ecclesia de Cümpz ex requisitione venerabilium virorum dominorum decani et capituli ecclesie ste. Marie aquen. per nos pro communi nostri iure capituli taliter est sententiatum, quod de omnibus mobilibus licite acquisitis vento attactis et pluvia arpersis dande sunt decime cuilibet, ad quem dinoscuntur dicte decime pertinere, jta tamen quod de pulliculis omni hora iuxta tempus emersionis eorundem.. de agnellis in die bte. Walburgis virginis vel infra octauas eiusdem, dolo et fraude penitus exclusis, de anseribus in festo bte. Margarete virginis. jn festo autem bti. Remigij de vitulis et poledris, tali interposita conditione, quod de vetulo denarium, si plenarius non emergit, unus decimandi, de poledro vero duos denarios omni postposita occasione. de lino et henepo fasciculum decimum, seu partem decimam, qualicumque modo emergentem emersionis seu collationis tempore premissorum. jn cuius rei testimonium sigillum meum scilicet decani cristianitatis predicti presentibus est appensum. Actum sub testimonio virorum discretorum.. in Sintzge, in Büruenich, in Vlattene, in Glene, in Houen, in Euzkirchen et in Antwijlre plebanorum, et datum vigilia bti. jacobi apostoli. anno dni. M. CC. octogesimo nono.

240.

Nouerint uniuersi presentes litteras uisuri et audituri quod Bela de Dijstelrode. cui ecclesia ste. Marie aquen. pro quadam summa pecunie sex maldra siliginis annuatim in pensione soluere consueuit ueniens

Düren in iudicium cum testimonio iudicis et ibidem.. scabinorum. eligens statuit sibi in monburium super hijs.. Richardum dictum de Frankenheijm ipsius sororium promittens ratum et gratum se firmiter habituram quicquid ipse Richardus ageret uel faceret cum sex maldris siliginis predictis. Vnde noscant uniuersi tam presentes quam futuri, quod idem Richardus cum eius legitima uxore eorum pueris et cum coheredibus ipsorum ueniens Düren coram iudicibus et scabinis ibidem fatebatur. et dixit prenominatam pecuniam sibi et Bele predicte et eorum heredibus integraliter esse solutam. pro qua ecclesia bte. marie aquen. prenominata sex maldra siliginis ut supradictum est in pensione soluebat annuatim. quo facto ipse Richardus, uxor sua pueri eorum et coheredes pro se et pro prenominata Bela loco et nomine ipsius pariter abrenunciantes effestucauerunt supra sex maldra siliginis predicta in opus et usum ecclesie ste. marie aquen. prenotate inperpetuum obtinenda. in cuius rei testimonium presentem cedulam ex utraque parte cum testimonio iudicis et scabinorum predicto rogauerunt sigillo opidi Düren firmiter communiri ne imposterum super hijs quemque dubitare contingat. quod factum est. datum anno dni. millesimo ducentesimo nonagesimo in die bti. Lamberti.

241.

Vniuersis ad quos presentes littere peruenerint. Nos.. judices.. scabini.. consulatus.. ciuium magistratus, et ceteri ciues Regalis sedis aquen. Notum facimus et presentibus confitemur, quod nos ex vero et legitimo debito tenemur. honestis viris, qui nobis multa bona fecerunt, Petro de Aquis dicto Viuentio et Gawino Lumbardis et eorum socijs, trecentas marcas Aquensium denariorum. quas nobis in bona et numerata pecunia commendauerunt, has eis soluere promittimus et soluemus. a data presencium, elapsis sex annis. dum videlicet tres assisie, quas necessitate nos cogente vendidimus ad manus nostras redierunt sine omni dubio in primo mense, volentes dictos Lumbardos in isto propter sua merita omnibus alijs nostris creditoribus antelerri. jta vt si medio tempore contingeret, quod aliquid prouentus siue assisie apud nos de nouo statuerentur. nos de huiusmodi prouentibus et assisijs usque ad plenam trecentarum marcarum solucionem viginti quinque marcas eis dabimus omni mense. exclusis dolo et versucijs hinc et inde. pro hijs omnibus predictis Lumbardis firmiter et fideliter obseruandis. Nos eis jllustrem virum.. dnum. johannem Ducem Lothar. Brabantie et de Leijmburg, et nobilem dnum. Walramum dnum. de Mongoij. et de Valkenburg, et eorum quemlibet insolidum. fideiussores constituimus sub hac forma, vt si predictis Lumbardis, defectus super premissis aut premissorum aliquo fieret, predictus dnus. Dux, et ipse dnus. de Valkenburch, ad monicionem dictorum Lumbardorum aut alicuius eorum seu eorum certi nuncij tanquam boni fideiussores. jntrabunt coloniam ad iacendum jnde non exituri, donec de defectu huiusmodi sit dictis Lumbardis cum plenitudine satisfactum. Supplicantes magnatibus antedictis, vt se et suos homines velint obligare pro nobis in hac parte. et sua sigilla hijs litteris apponere in fidem et testimonium super istis quibus dicti Lumbardi non tenentur acquirere hospitem vel expensas. Et nos memoratos fideiussores nostros et eorum homines indempnes et liberos reddere promittimus et tenemur. jn quorum omnium et singulorum testimonium atque robur nos de consensu et voluntate tocius nostri consilij et communitatis sigillum predicte sedis aquen. fecimus et mandauimus litteris hijs apponi. Et nos dux Brabantie et nos Walramus dnus. de Valkenburch memorati, ad instantem peticionem.. judicum.. scabinorum. consulum, ciuium magistratus et vniuersorum ciuium aquen. pro premissis omnibus et singulis fideliter adimplendis, pro eis apud prenotatos Lumbardos et eorum quemlibet nos constituimus fideiussores iuxta formam superius annotatam. jta vt si forte deuenerat ad iacendum Nos. dux octo milites pro nobis et nos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Waleramus dnus. de Valkenburch quatuor milites pro nobis ponere licite valeamus. Nostros quoque homines nichilominus obligantes, quod a dictis Lumbardis et ab eorum amicis pro defectu, si quem forte super premissis aut premissorum aliquo passi fuerint, in rebus eorum et personis in terris nostris et alias vbicunque vsque ad plenam satisfactionem huius defectus possint licite pignorare, super quo nullum impedimentum, nullam vindictam aut resistenciam faciemus. nec fieri ab aliquibus de quibus posse habemus aliquatenus promittemus. sed nos bonos fore fideiussores promittimus bona fide. jn quorum omnium testimonium atque fidem nos sigilla nostra appendi fecimus et mandauimus huic scripto. Datum feria secunda ante festum assumptionis gloriose virginis Marie anno dni. Millo. CC. nonagesimo primo.

242.

Vniuersis, ad quos presentes littere peruenerint, nos Richaldus inuestitus de Olne, decanus ecclesie sti. Remacli leod. notum facimus et fatemur, quod nos a viris venerabilibus dno. decano et capitulo ecclesie bti. adalberti aquen. census eosdem de Soron videlicet et de Olne, quemadmodum johannes de Sicudelaij aliquando eosdem census in pacto habere consueuerat, pro 22 marcis leod. bonorum et legalium denariorum in pactum recepimus ad 4 annos a dato presentium inchoantes. quas eis annis singulis soluemus, sicut in festo videlicet bti. Remigii dimidiam partem et reliquam partem dimidiam in festo pasche. Huius pacti pecuniarii predictis dno. decano et capitulo in dictis duobus terminis aquis in eorum ecclesia predicta assignare et dare promittimus et tenemus sub nostro periculo et cum nostris laboribus et expensis a solutione et assignatione huius annuatim cum duobus terminis, ut est prehabitum, facienda a nobis, et nos non debet nec patitur casus aliquis vel res alia excusare. jn cuius rei testimonium atque fidem nos supradictis dno. decano et capitulo ecclesie bti. adalberti aquen. presentem litteram, per quam nos ad premissorum obseruantiam obligamus sigillo nostro dedimus communitam. Datum in crastino ss. septem fratrum anno dni. 1291.

(Sigillum in cera alba.)

243.

Nouerint tam posteri quam presentes, quod cum conradus filius quondam Heinrici dicti nigri bone memorie, ciuis aquen. accedens ad stum. adalbertum, ibidem dum id bene et de iure facere potuit, et eis, quibus hoc fecit, validum et firmum fuit. dedit viris venerabilibus decano et capitulo ecclesie sti. adalberti aquen. 26. solidos 4 denariis minus annuorum reddituum in elemosinam pure et simpliciter propter deum, de quibus 26. solidis 4 denariis minus, qui omnes sunt census fundi, soluerit de fundo et domo in foro, que Heiminerode dicitur, dimidia marca et de fundo et domo ibidem, que Burtzveldt dicitur, simili modo et dimidia marca. jtem inter portam porcetentem et acutam portam super fossatis de fundo et domo ibidem 8 solidos 4 denariis minus, quos nunc soluit Lambertus dictus Haich, jtem in Bungart de fundo et domo ibidem, prout iacet 6 solidos, quos soluit Hermannus dictus de Holtzheim. Et possessionem horum bonorum dictus Conradus ibi se exuens inuestiuit decanum et canonicos cum iuris plenitudine de eisdem, super quibus omnibus testes, qui vulgariter aquis dengmanni nuncupantur ex utraque parte boni et legitimi sunt postulati. Huic profacto Elisabeth, que vulgariter Bela dicitur, relicta dicti Conradi, post eius obitum se aliquamdiu obponebat, quam decanus et capitulum electo ab eis uno canonicorum in aquen. iudicio conuenerunt, et per bonos et legitimos testes, quorum copia habundabant, qui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dengmanni dicuntur, ex utraque parte rogatos dicta bona obtinuerunt sibi in dicto iudicio adiudicari, ita quod dictam duam. Elisabeth siue Belam oportuit ad opus et usus decani et capituli sti. Adalberti aquen. et ecclesie ibi bonis omnibus renuntiare. Acta sunt hec in presentia et sub testimonio dni. johannis dicti Scherueil militis viceaduocati, jacobi Villici, qui iudices sunt aquenses. jtem Ywani de Ulhoven, Wilhelmi de punt, qui sunt milites et scabini, jtem Wilhelmi dicti Malebranke, Hermanni de Holsit, Hermanni dicti Quecke, johannis dicti Yvelz, Wilhelmi dicti Sturm, Wilhelmi de Hasselhouz, johannis dicti Munt, Heriberti dicti Godenname et Yvelz, qui scabini sunt aquen. jn cuius rei testimonium et robur perpetuum petiuit decanus et capitulum ecclesie sti. adalberti presentem litteram conscribi, et sigillo regalis sedis aquen. feliciter communiri. Datum feria 2da post epiphaniam dni anno eiusdem. 1292.

(Sigillum magnum in alba cera ex filis sericis.)

244.

J. n. s. e. i. t. amen. Adolphus dei gratia Roman. rex semper augustus, Regalem decet sublimitatem paci et quieti omnium intendere, et sua vnicuique iura in statu solido conseruare, Vnde sicut equitas iusticie, et regni auctoritas nos ammonent quieti et transquillitati fidelium nostrorum et iusticie toto nisu volumus prouidere. Et quum Aquisgranum ubi primo Roman. Reges iniciantur et coronantur, omnes prouincias et ciuitates post romam dignitatis et honoris prerogativa precellit, congruum et rationabile est, vt exemplo domni et sti. Karoli, aliorumque predecessorum nostrorum imperatorum et regum eundem locum et omnes inhabitantes regalis defensionis, et nostre clementie priuilegiis, libertatis, et bonarum consuetudinum confirmacione, quasi muro et turribus muniamus, verum quum ab humana facili elabuntur memoria, que nec scripto nec testibus eternantur, Sciant vniuersi presentes et posteri, quod nos fidelium nostrorum ciuium aquensium precibus annuentes, omnem iusticiam libertatem quas gloriosus predecessor noster Karolus magnus Romanor. jmperator eis pre ceteris dedit et omnia que diui augusti Roman. jmperatores predecessores nostri contulerunt, eis confirmamus, et lege imperpetuum valitura roboramus, scilicet vt non solum clerici, et laici huius loci indigene, sed et omnes incole. et aduene hic inhabitare volentes, presentes et futuri, sub tuta et libera lege, ab omni seruili conditione liberi vitam agunt ac omnes pariter ex avis et attavis ad hanc sedem pertinentes, licet alibi moram facientes, ab hac lege a nullo successore nostro uel ab aliquo machinatore, legumque subuersore infringantur. Nunquam de manu regis, vel imperatoris, alicui persone nobili vel ignobili in beneficium tradantur, nec ipsa ciuitas nec aliquid ei attinens valeat occupari, suas eciam negociationes per omnem romanum imperium ab omni exactione, thelonei, pedagii, carradie, seu quocumque nomine vocetur liberi, et absque omni impedimento libere exerceant, sicut fecerunt temporibus antecessorum nostrorum. Nullus eciam iudex a nobis seu ab aliquo successore nostro aquis constitutus, nostra vel sua auctoritate, vel alicuius successoris nostri regis, vel imperatoris talliam vel precariam in predictos ciues aquenses faciat, nec eos ad aliquid dandum regi vel imperatori compellat, nisi quantum ipsi de sua bona voluerint facere voluntate, Renouamus eciam et confirmamus eis, vt nullus prenotatos ciues nostros aquenses ad aliquod seruicium ultro progredi compellat, quam vt ipsa die, quo clara luce de domibus suis exierint, cum splendore solis eiusdem diei redire possint, jnhibemus eciam ne aliquis judex aquensis a nobis vel ab aliquo successore nostro constitutus in grauamen alicuius ciuis procedat, nisi prout ei dictauerit sentencia iusta scabinorum, vt in nullo predictorum fidelium nostrorum libertas aliquatenus mutiletur, pro sincera eciam dilectione, quam ad ipsos nostri predecessores habuisse noscuntur, et vtique nos habemus, ipsorum supplicationibus fauorabiliter inclinati, presens priuilegium de regalis preminencie gratia eis duximus in-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dulgendum, statuentes nichilominus, et regali sanxientes edicto. vt nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nulla denique persona, alta vel humilis, ecclesiastica vel mundana, vniuersitatem predictam contra presentis priuilegii nostri tenorem, ausu temerario inquietare, molestare seu perturbare presumat, quod qui presumpserit, indignacionem nostri culminis se nouerit incursurum, et centum libras auri optimi pro pena compositurum, medietate scilicet camere nostre, et reliqua medietate passis iniuriam applicanda, jtem statuimus et sanximus, vt memorati ciues aquenses inter se de bonis suis colligere valeant, vnde se et ciuitatem nostram aquensem muniant ad honorem imperii et profectum, Et hoc faciendum vel omittendum eorum relinquimus arbitrio, pro ut ipsis nostro honori magnificencie regali et eorum necessitati videbitur expedire, et quidquid sic de bonis suis inter se aut alio quocunque modo collegerint, vel de communibus prouentibus ciuitatis prouenerit, numquam aliquid in nostros, aut alicuius successoris nostri vsus, seu cuiuslibet alterius hominis conuerti volumus seu locari, sed eorum munitionibus, aliisque communibus necessitatibus et agendis ipsius ciuitatis totaliter deputamus. Damus quoque auctoritatem nostris fidelibus supradictis, vt inter se constitutiones necessarias, et vtiles constituere valeant, et eas dum voluerint reuocare, Huius rei testes sunt viri venerabiles, Sifridus archiepiscopus colonien., Gerardus archiepiscopus maguntinensis, Boemundus archiepiscopus teuerensis, dilecti principes nostri, Burhardus eps. metensis.. Episcopus Herbipolensis... episcopus spirensis, Otto marchio brandenburgensis, dilectus princeps noster johannes dux Brabantie, et Godefridus frater eius, johannes comes Hanonie, Walramus comes juliacensis, Arnoldus comes de Los, Everardus comes de Marchia, Robertus comes de Virnenburch, Gerardus comes de Diz, Willelmus comes de Nuenare, johannes comes de Spanheim, Willelmus comes de Salme, Walramus dnus de Valkenburch, Gerlacus dnus de Lempurch, Gerlacus de Ysenburch, Henricus de Klingelenberg, prepositus ecclesie aquensis, et quam plures alij fidedigni; Vt autem hec omnia, robur obtineant perpetue firmitatis presens priuilegium exinde conscribi, et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri, Actum et datum aquisgrani in solempnitate coronationis nostre. feria tercia post festum sanctorum petri et pauli apostolorum, anno dni. M. CC. nonagesimo secundo.

Kaiserl. Siegel an gelb- und roth-seidenen Fäden in weissem Wachs und in einer Holzkapsel.

245.

Nos permissione diuina. Brauwilren. Sibergens. sti. Pantaleonis colonien. et Tuitien. monaster. Abbates electi et deputati. a venerabilibus viris. Reijnardo dei gratia Abbate et conuentu sti. cornelij, ijnden compromissarii, arbitri, arbitratores, seu amicabiles compositores, super omnibus controuersijs, actionibus et querelis, que inter ipsos hactenus mouebantur seu mouenta sunt, que hoc in instrumento super his confecto plenius continentur cuius jnstrumenti tenor talis existit. Nos Rejnardus dei gracia Abbas, totusque conuentus monasterii sti. Cornelij ijnden. ordinis sti. benedicti colon. dijoc. presentibus litteris publice recognoscimus et firmiter protestamur quod nos ordinacioni honorabilium virorum dominorum Siburgen. Brunwilren. sti. Pantaleonis colon. et Tuicien. monaster. Abbatum ad hoc ad monasterium nostrum cum plena auctoritate missorum statimus tam in spiritualibus quam temporalibus et stare promittimus fide in manus dictorum dnorum. Abbatum prestata corporali. et ad hoc nos presentibus obligamus. jn cuius rei testimonium et firmitatem sigilla nostra duximus. presentibus apponenda. Actum et datum anno dni. M. CC. nonagesimo secundo feria quinta post omnium sanctorum. Habito super his jurisperitorum consilio arbitramur. seu arbitrando pronunciamus in hunc modum. quod Abbas predictus renunciabit omni odio et ranconi, quod ipse habebat hactenus contra conuentum predictum ex quacunque causa. Conuentus uero similiter actioni

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et querele, quam eidem mouebat occasione computatis obmisse de bonis quibusdam venditis in Flandria seu ex causis aliis quibuscunque. Preterea statuimus et prenunciando declaramus, quod dictus Abbas. ipso conuentui de octo marcis de Oushem quarum quatuor dictus Abbas vendidit tijtulo vsufructus, alias vero in suis manibus adhuc tenet. statuimus istas, quas hucusque tenuit, demittat libere et absolute. alias vero quatuor, post obitum usufructuarii..... de Castinholtz spectabunt ad ipsum conuentum, et quia dictus Abbas exquerendo dicta bona ab aduersarijs multos labores sustinuit et expensa dictus conuentus ipsum de sex marcis dicta bona quas aduersarijs multos labores sustinuit et expensa, dictus conuentus ipsum de sex marcis dicto Scharueil racione vsufructus debitis de bonis in Mortero donec cedant quiete et absolute penitus dimittet. jtem de auena, que dicta musekorn sed hactenus quilibet suam partem. jtem celerarius quicunque pro tempore fuerit de minoribus officiatis videlicet postario, barbitonsore, pistore et consimilibus ordinabit prout hactenus est consuetus. jtem Abbas predictus omnia ecclesie sue officia et beneficia in potestate sua tenebit et conferet prout consuetudinis est et moris. exceptis tribus ecclesiis parochialibus videlicet Berghem, sti. Stephani et Cinneigh, de quibus dictus conuentus se ius habere contendit quoque prout rationabile fuerit uti potest, hoc expresso, quod de eis nichil posset disponere vel ordinare preter scitum et consensum Abbatis. jtem precium rectoris scolarum pro dimidia parte soluet Abbas. Preterea volumus et pronunciando declaramus quod conuentus et singuli de conuentu omnia ordinanda seu disponenda de consilio Abbatis ordinent et disponant, et ipse eis pius et fidelis pater existet tamque filiis in cristo. omnes vbicunque suum auxilium et consilium postulauerint, ipsi vero reuerenter ac humiliter eidem obedienciam necnon reuerenciam exhibebunt. Et vt hec presens nostra ordinatio et arbitrium robur optineant firmitatis, nos abbates arbitri seu arbitratores pridicti sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Nos vero Abbas et conuentus predicti premissis omnibus et singulis consencientes et ordinacionem predictam ratam habentes sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Actum et datum anno dni. M. CC. nonagesimo secundo jn crastino bti. Andree apostoli.

(6 sigilla abrupta sunt.)

246.

Nos.. Walramus dnus de Mongoij et de Valkenburg notum facimus tam presentibus quam futuris presentes litteras visuris et audituris, quod in nostra presentia constitutus Reijnerus dictus Kegelere de jabeche fidelis noster vendidit jure et rationabiliter et se vendidisse confitebatur iusto titulo emptionis honorabilibus viris decauo et capitulo ecclesie bti. Marie aquen quatuor bonuaria terre arabilis cum dimidio iacentia in loco, qui dicitur Woenrot et a nobis descendebant in feodum pro certa summa pecunie, de qua sibi recognouit plenarie satisfactum, de quibus bonis idem Reijnerus se penitus exuebat ad opus dictorum.. decani et capituli more debito et consueto. Et super eisdem eius uxor et eorum liberi effestucaverunt, quibus bonis ipsos decanum et capitulum inuestimus, adhibitis circa hoc solemnitatibus debitis et consuetis, Et predicte venditioni plenum assensum nostrum ad peticionem ipsius fidelis nostri adhibentes, et ipsa bona, que a nobis in feodo tenebuntur ab omni conditione feodali et servicio in perpetuum absoluentes et quitantes et eadem in ipsos decanum et capitulum allodialiter transferentes presentes litteras in testimonium et firmitatem perpetuam eisdem decano et capitulo sigilli nostri munimine dedimus communitas. Actum et datum anno dni. M. CC. nonagesimo tercio in octava sti. Michaelis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

247.

Adolfus dei gratia Roman. Rex semper augustus. Vniuersis sacri Romani jmperij fidelibus presentes litteras inspecturis, graciam suam et omne bonum. litteras clare recordacionis Friderici secundi Rom. jmper. etc. ut N. 217. pag. 145.

Datum confluencie 11. Non. Febr. jnd. decima. anno dni. mill. ducent. nonag. septimo. Regni vero nostri anno quinto.

Kaiserl. Siegel in gelbem Wachs an grünen mit gelben durchflochtenen seidenen Fäden.

248.

Vniuersis ad quos presentes littere peruenerint, nos Walramus de juliaco dnus. de Bercheim notum facimus et presentibus confitemur. quod cum ciues aquen. in Epijphania dni proxima, teneantur nobis solvere centum marcas, talis videlicet pagamenti. quale tum communiter aquis curret. nos illas centum marcas Hermanno dicto Bijsendrig, nostro camerario deputamus. Rogantes ipsos ciues aquen. cum instantia, quatinus, ipsi, predictas centum marcas, eidem Hermanno, nomine nostro soluant in termino prenotato. Quibus ei plenarie persolutis, nos eosdem ciues aquen. quitos et solutos clamamus de centum marcis predictis. Dantes eis presentes litteras, sigillo nostro communitas, in fidem et testimonium super istis. Datum in dnica. qua cantatur oculi anno dni. mill. ducentesimo nonagesimo septimo.

Reuter-Siegel in braunem Wachs, beschädigt an einem breiten Pergament-Streifen.

249.

J. n. s. e. i. t. Albertus dei gratia Romanor. Rex semper augustus. Regalem decet sublimitatem. paci et quieti omnium intendere, et sua vnicuique jura in statu solido conseruare. Vnde sicut equitas iusticie et regni auctoritas nos ammonent, quieti et tranquillitati fidelium nostrorum et iusticie toto nisu volumus prouidere. Et quoniam Aquisgranum, ubi primo Romanorum Reges iniciantur et coronantur, omnes prouincias et ciuitates post Romam, dignitatis et honoris prerogatiua precellit, congruum et rationabile est, vt exemplo domni et sancti Karoli, aliorumque predecessorum nostrorum jmperatorum et Regum, eundem locum et omnes inhabitantes Regalis defensionis et nostre clemencie priuilegiis libertatis. et bonarum consuetudinum confirmacione, quasi muro et turribus muniamus. Verum quoniam ab humana facilius elabuntur memoria, que nec scripto nec testibus eternantur. Sciunt vniuersi presentes et posteri, quod nos fidelium nostrorum ciuium aquen precibus annuentes, omnem justiciam et libertatem, quam gloriosus predecessor noster Karolus magnus Roman. jmperator augustus, eis pre ceteris, dedit, et omnia, que diui augusti Romanor. jmperatores, Fridericus et Heinricus, aliique predecessores nostri, contulerunt, eis confirmamus, et lege in perpetuum valitura, roboramus, scilicet, vt non solum clerici et laici huius loci indigene, sed et omnes incole et aduene hic inhabitare volentes, presentes et futuri sub tuta et libera lege, ab omni seruili conditione liberi vitam agant. ac omnes pariter ex auis et attauis, ad hanc sedem pertinentes, licet alibi moram facientes, ab hac lege, a nullo successore nostro, nec ab aliquo machinatore legumque peruersore infringantur. Nunquam de manu Regis vel jmperatoris, alicui persone nobili vel ignobili, in beneficium tradantur. Nec ipsa ciuitas, nec aliquid ei attinens, alicui hominum ualeat occupari. Suas eciam negociaciones, per omne Romanum jmperium, ab omni exactione thelonei, pedagii, carradie,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vectigalis, seu quocumque nomine vocetur, liberi et absque omni impedimento libere exerceant, sicut fecerunt temporibus antecessorum nostrorum. Nullus eciam judex a nobis, vel ab aliquo successore nostro, aquis constitutus, nostra vel sua auctoritate, vel alicuius successoris nostri, Regis vel jmperatoris, Talliam vel precariam, in predictos ciues aquen. faciat nec eos, ad aliquid dandum Regi vel jmperatori, compellat, nisi quantum ipsi de sua bona voluerint facere voluntate. jniustam eciam et illicitam consuetudinem per quam judices quandoque solebant, a venditoribus panis et ceruisie, indebitum accipere, in grauamen tocius ciuitatis, penitus amouemus. Renouamus eciam eis et confirmamus vt nullus prenotatos ciues nostros aquen., ad aliquod seruicium, vltra progredi compellat, quam vt ipso die, quo clara luce, de domibus suis exierint, cum splendore solis redire possint. jnhibemus eciam ne aliquis judex aquen. a nobis vel ab aliquo successore nostro, constitutus, in grauamen alicuius ciuis procedat, nisi prout ei dictauerit iusta sentencia scabinorum. vt in nullo predictorum fidelium nostrorum libertas aliquatenus mutiletur. Pro sincera eciam dilectione, quam ad ipsos nostri predecessores habuisse noscuntur, et utique nos habemus, ipsorum supplicationibus fauorabiliter inclinati, presens priuilegium de regalis preminencie gracia, eis duximus indulgendum. Statuentes nichilominus et Regali sanxcientes edicto, ut nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nulla denique persona, alta vel humilis, ecclesiastica vel mundana, vniuersitatem predictam, contra presentis priuilegii nostri tenorem, ausu temerario inquietare, molestare, seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit, indignacionem nostri culminis se nouerit incursurum. Et centum libras auri optimi, pro pena, compositurum. medietate scilicet camere nostre, et reliqua medietate passis iniuriam, applicanda. jtem statuimus et sanxcimus, vt memorati ciues aquen., inter se de bonis suis, colligere valeant, vnde se et ciuitatem nostram aquen., muniant ad honorem jmperij et profectum. Et hoc faciendum vel omittendum, eorum relinquimus arbitrio, prout ipsis, nostro honori, magnificencie Regali, et eorum necessitati, videbitur expedire. Et quicquid sic de bonis suis, inter se, aut alio quoquo modo collegerint, vel de communibus prouentibus civitatis prouenerit, nunquam aliquid in nostris, aut alicuius successoris nostri, vsus, seu cuiuslibet alterius hominis, conuerti volumus seu locari sed eorum municionibus, aliisque communibus necessitatibus et agendis ipsius ciuitatis, totaliter deputamus. Damus quoque auctoritatem nostris fidelibus supradictis, vt inter se constituciones necessarias et vtiles constituere valeant. Et eas dum voluerint reuocare. Huius rei sunt testes viri venerabiles, Wicboldus colonien., Gerardus maguntinen., et Boemundus Treveren., archiepiscopi, dilecti principes nostri, Conradus argentinen., Heinricus constancien., Spiren. et Ludolphus Brixien., ecclesiarum Episcopi, Reijnardus abbas ijnden., Rudolphus comes palatinus reni, dux Bauwarie, Albertus dux Saxonie, et Otto Lantgrauius Hessie, dilecti principes nostri, nobiles viri Euerardus comes de Wircenberg, Hugo comes de Werdenberg, Ludowicus comes de Oittingen, Eberardus comes de Katcenellenboge, Georius comes irsutus, Guido comes Flandrie, Reinoldus comes Gelrie, Theodericus comes cleuen., Everardus comes de marcha, Otto comes de Polle, Arnoldus comes de Los, Gerardus comes juliacen., Walramus de juliaco dnus de Bercheim, Walramus dnus. de Valkenborg et quamplures alij fidedigni. Vt autem hec omnia, robur obtineant perpetue firmitatis, presens priuilegium exinde conscribi. et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Actum et datum aquisgrani in crastino sancti Bartholomei apostoli, anno dnice. incarnacionis millesimo ducentesimo, nonagesimo octauo. die coronacionis nostre secundo.

Kaiserl. Siegel an einer aus grün- roth- und gelb-seidenen Fäden geflochtenen Korde.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

250.

Albertus dei gracia Romanorum Rex, semper augustus, vniuersis sacri Romani jmperij fidelibus graciam suam et omne bonum dum diuorum jmperatorum et Regum Roman. jllustrium, jnclite recordacionis, antecessorum nostrorum gesta pia mente reuoluimus, ac interne consideracionis oculis perspicimus diligenter, vt eorum iustis exemplis nostra coaptemus vestigia, in voto gerimus, atque desiderio pleniori sperantes, quod ex eo, quod ecclesias et ecclesiasticas personas diuino cultui deputatas, pleniori pre ceteris gracia confouemus, concessa nobis a supremo Rege regente, et gubernante omnia, salus et gracia debeat ampliari. Noscat igitur presens etas et successura temporis futuri posteritas, quod nos deuotarum in cristo, sanctimonialium monasterij in Porceto, ciuitati nostre Aquisgrani contermini, cijstercien. ordinis, quarum ordinem diuina emulacione prosequimur votiuis supplicacionibus inclinati, priuilegium, clare recordacionis, Friderici secundi jmperatoris, cum omnibus libertatibus, et gracijs in ipso priuilegio contentis, et per recolende memorie Rudolfum Romanorum Regem, genitorem et predecessorem nostrum, postmodum confirmatum, sicut in ipsius Rudolfi patris nostri litteris vidimus contineri, prout rite et pronide facte sunt, confirmamus, innouamus, approbamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostre confirmacionis innouacionis et approbacionis infringere, vel eidem ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, grauem nostre indignacionis offensam, se nouerit incursurum. jn cuius rei testimonium presentes litteras fieri, et nostre maiestatis sigillo fecimus communiri. Datum colonie. V. Kl. Septembr. jndict. XI. anno dni. millo. ducent. nonag. octauo. Regni vero nostri anno primo.

Kaiserl. Siegel in braunem Wachs, gut erhalten an roth-seidenen geflochtenen Fäden.

251.

Otum sit vniuersis presentes litteras visuris et audituris, quod ego Hermannus de Modersdorp canonicus ecclesie bte. Marie aquen. vendidi venerabili viro decano et capitulo eiusdem aquen. ecclesie et me vendidisse eisdem, annuatim supra curiam meam infra claustrum aquen. situatam presentibus litteris publice protestor 5 marcas aquen. pagamenti solutionis communiter currentis ipsis in proximo festo penthecostes 30 solidos et in alio penthecostis immediate subsequente totidem, et deinceps quolibet festo penthecostis 5 marcas integraliter singulis annis a me quamdiu vixero persoluendas pro 50 marcis aquen. denar. bonorum et legalium, 12 solidis pro marca qualibet computatis, de quibus michi ex parte eorundem plenarie esse satisfactum tenore presentium recognosco. Verum si in solutione dictarum 5 marcarum tempore ad hoc statuto in parte vel in toto negligens fuero vel remisus, tunc prefati decanus et capitulum solutionem earundem integram in redditibus prebende mee aquen. absque contradictione quacumque mea vel offensa percipere poterunt et debebunt. jnsuper post decessum meum ab hoc mundo dicti decanus et capitulum predictas 5. marcas et solutionem earundem ad curiam meam predictam consequenter et ad eandem super hijs se tenebunt, ita tamen quod de valore residui curie mee predicte michi seu executoribus mee ultime voluntatis liceat disponere prout michi vel huiusmodi meis executoribus placuerit et visum fuerit expedire. iure ecclesie aquen. prelibate in omnibus tamen saluo hoc eciam adiecto, quod michi infra 20 annos proxime et immediate subsequentes seu executoribus meis predictis, si me medio tempore (quod absit) mori contingerit, quamlibet marcam 5. marcarum predictarum pro 10 marcis aquen. denariorum bonorum et legalium, cum michi vel executoribus meis predictis placuerit, liceat redimere et quitare. jn cuius rei testimonium nos decanus et capitulum ac Hermannus predicti sigillum venerabilis viri et honesti dni. G. de Nassoue dei gracia pre-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicte nostre aquen. ecclesie prepositi et archidiaconi leod. rogauimus et rogamus apponi huic scripto, et nos G... de Nassoue dei gracia prepositus aquen. et archidijaconus leod. sigillum nostrum ad petitionem et roga tum decani et capituli ac Hermanni predictorum sigillum prepositure nostre predicte presentibus litteris du-ximus apponendum in testimonium premissorum. Actum anno dni. millesimo CC. nonagesimo octauo. feria sexta post festum natiuitatis bti. johannis baptiste.

252.

Vniuersis ad quos presentes littere peruenerint, Nos johannes dei gratia dux, et margareta filia Regis Anglie, eadem gratia ducissa, Lothar. Brabant. et de Lemburg, notum facimus, quod nos non volentes ammodo sustinere vt in preclusione et in impedimento viarum seu stratarum, quarum conductus et tuicio inter Renum et Mosam ab jmperii concessione, ab antiquo ad nos pertinere dinoscitur. per maleficos et spoliatores, qui pignoratores se ficto nomine menciuntur, aut per hos, qui theloneum iniustum et inde-bitum, quod nos spolium appellamus, extorquerunt, preiudicialiter exheredemur, et paciamur de cetero dampna grauia et iacturas. cum nostris consiliariis, militibus et fidelibus, deliberacione prehabita, ob reuerenciam sacri Romani jmperij, a quo predictum tenemus conductum, et in conseruacionem juris nostri, prout est ad nos deuolutum, ciues aquen. vniuersos et singulos, quia infra predicti conductus terminos frequencius conuersantur, in nostrum conductum, et sub nostram protectionem specialiter recipimus, licet eis id de iure communi merito teneamur, firmior quidem fit promissio duplici affirmacione. Quibus ciuibus aquen. bona fide promittimus, et federe inuiolabili astringimus, nos eisdem, quod siquem eorum, infra predicti conductus nostri terminos, capi aut ledi siue res suas sibi auferri, seu quoquo alio modo impediri contigerit, nos incommodum aut dampnum huiusmodi nostrum proprium reputantes, huius sceleris actorem, quicun-que sit ille, humilis videlicez mediocris siue altus, ad extramissionem et absolucionem capti, ad plenam reddicionem rerum ablatarum, et ad emendam lesionis, monitis et precibus, si poterimus, inducemus. alioquin a die perpetrati sceleris elapsis diebus quindecim, bellis, incendiis, spoliis, deuastacionibus, et omni genere dampni quo possumus, ipsum malefactorem inpugnabimus, et ei pro viribus nostris in om-nibus, in quibus possumus, nocebimus vsquequaque. Verum quando propter predictam causam semel bel-lum vel discordiam inceperimus, extunc predictis ciuibus aquen. vniuersis et singulis contra omnes aduersarios suos et hostes, consilium et auxilium prestabimus requisiti. jta quod quando nobis, aut alteri nostrum siue dapifero nostro, si presentes non sumus per suas litteras, aut per suum certum nuncium, pro prestando auxilio demandauerunt, protinus eis et sine mora noster dapifer si absentes sumus, et nos personaliter, si presentes sumus, cum tot hominibus, quot requirendos duxerint, pro possibilitate in auxilium veniemus. Et ipsi nobis et nostris hominibus, peditibus exceptis, solummodo potum, victualia, et pabula, quamdiu necessitatis causa, cum armis, nos, aut nostri homines cum eis iacuerimus, siue fuerimus, ministra-bunt. jta quod quandocunque nobis, aut nostris hominibus, a veris et certis nunciis aquen., licentia data fuerit, extunc huiusmodi amministracio protinus expirabit. jtem si nos cum eis castrum aut muni-cionem obsederimus, ipsi nobis et nostris hominibus, per octo dies tantum, potum, victualia, et pabula solummodo ministrabunt. aut pro quantitate et competencia militum et armigerorum, quod in dictorum est arbitrio ciuium, pro ipsis potibus, victualibus, et pabulis nobis dabunt pecunie certam summam. Si au-tem obsessio siue Vallacio diutius quam octo diebus durauerit! extunc nos in expensis omnibus et sumpti-bus, nobis et nostris hominibus tenebimur prouidere. Quod si occasione huiusmodi in hominibus, equis, aut rebus aliis, quibuscunque damnum receperimus incendium aut iacturas, hec nec nobis nec nostris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hominibus, ipsi ciues tenentur aliquatenus resarcire. Si vero in bellum aut in guerram cum eis deuenerimus, siue ipsi nobiscum deuenerint, nos sine eis, treugas nullo modo dabimus et ipsi has non dabunt aliquatenus sine nobis, nos eciam sine consensu et vo'untate eorum reconciliationem aut amiciciam nullatenus faciemus, Et ipsi simili modo has non facient sine nobis. jtem captos, quos nostri homines, aut nos ceperimus, aut ipsi ciues ceperint et exactionem quecunque peruenerit, nos cum eis, et ipsi nobiscum, equaliter parcient. Dum autem ad eos, pro colloquio habendo vocati venerimus, ipsi nobis aut nostris hominibus expensas facere non tenentur. Et nos theloneum iniustum et indebitum, quod in terra nostra Lemburgen. ab ipsis ciuibus. aquen. quidam malefici recipere consueuerunt, penitus relaxantes, ipsis plane deponimus, et ammodo recipi nullatenus permittemus jta quod ipsi ciues aquen. per suos sedecim juratos, prout ab antiquo consuetum est, nobis caueant. ne in substractione nostri thelonei per socios illicitos defraudemur. Quibus civibus aquen. omnia faciemus et fieri pro nostro posse procurabimus, bona fide, que eis expedire nouerimus Exclusis in predictis omnibus et singulis, omni versucia atque dolo. Predicti itaque ciues aquen. nostrum liberale promissum et propositum vtile quod eis indubitate obseruabimus pura mente, gracia, vicissitudine prosequentes, vt hec eis fideliter obseruemus, nobis premissa omnia et singula, ipsi ciuitati aquen. et inhabitantibus, ciuibus et pertinentibus ad ciuitatem aquen. fideliter adimplentibus et assistentibus, centum marcas talis pagamenti quale pro tempore communiter aquis curret, annis singulis in festo Nativitatis domini, nobis dabunt. jta quod has centum marcas, in parte uel in toto quandocunque voluerint pro numerata pecunia, redimere bene possunt. jta quod singulas marcas rediment pro decem marcis pecunie numerate. talis videlicet pagamenti quale pro tempore communiter aquis curret. duodecim solidis pro marca qualibet computandis. Postquam vero eas redemerint, vt est dictum, extunc littere super hac re confecte protinus expirant, nec roboris sunt vllius Quodsi in premissis, aut in aliquo premissorum, quod absit defecerimus, extunc nobis has centum marcas soluere non tenentur. Hec autem omnia et singula ipsi ciues aquen. nobiscum fecerunt et nos cum eis fecimus, serenissimo dno. nostro, et suo, . . dei gracia Romanorum Regi jllustri, necnon et jmperio, in omnibus jure salvo. cui, nec nos, nec ipsi intendunt per presens factum, preiudicium aliquatenus generare Postquam vero humanitas nobis contigerit, heres ducatus nostri Lemburgen., si omnia et singula que nos promisimus, fideliter obseruauerit, ipsis ciuibus aquen. ipsi ciues aquen., illi, sicut nobis, has centum marcas singulis annis dabunt. que, si non obseruauerit fideliter, ipsi ciues aquen. a solucione harum centum marcarum, et a predicta obligacione erunt et manebunt liberi penitus et soluti, omni dolo et versucia in hoc pulsis. jn quorum omnium et singulorum certitudinem et robur inmobile, Nos sepedictis ciuibus aquen. presentes litteras sigillis nostris dedimus communitas. Quibus litteris et sigillis, nos, ad predictorum omnium, ac singulorum firmam et fidelem obseruanciam, liberaliter obligamus. Datum in die cathedre sancti petri Apostoli, anno domini millesimo, ducentesimo, nonagesimo nono.

(Appendent duo sigilla cerae flavae impressa ex sericis filis rubri coloris.)

253.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis. nos. johannes dei gratia dux Lothar. brabantie et Limburgh notum facimus, quod nobis placet et de nostra voluntate procedit, vt ciues aquen. illas centum marchas in quibus nobis annis singulis tenentur, viro nobili fideli nostro dilecto dno. Gerardo de marka vel eius certo nuncio ad opus eiusdem. quousque easdem centum marchas de mille marchis erga ipsum duximus redimendas annis singulis deliberent et persoluant. Et per hoc nos eosdem ciues aquenses dicto tempore qui-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tamus de eisdem. jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum apud Vuram die mercurij post circumcisionem dni. anno eiusdem millo. trecentesimo.

(Sigillum in cera flava, sed confractum.)

254.

Jn. n. dni. amen. Vniuersis presentes litteras visuris et audituris. Aleijdis Beggina Sizonis quondam militis dicti de Ambele filia legitima ad perpetuam rei memoriam cognoscere veritatem. Ne ea que inter viuentes aguntur per decursum temporis in errorem et obliuionem propter labilem hominum memoriam perducantur, expedit ut in scripturam autenticam, tam ad presentium quam futurorum memoriam cum diligentia redigantur. Nouerint igitur vniuersi tam presentes quam futuri, quod ego Aleijdis beggina predicta existens compos mente et sana corpore dedi, tradidi, do trado pure et simpliciter et dono donatione perfecta inter viuos sine spe aliqua reuocandi jutte et Aleijdi sororibus Heinrici quondam militis dicti de Huchelouen et Alueradis bone memorie sue uxoris, filiabus legitimis, begginis meis heredibus proximoribus, curtim meam sitam in Ambele cum area et omnibus edificijs suis cum agris siue terris arabilibus, nemoribus, feodis ac cum alijs terre particulis, petijs et mansionibus quibuscumque ad eandem curtim quocumque iure spectantibus, michi a matre mea.. jutta bone memorie mente compote et sano corpore coram iudice terre et scabinis in Rüding datis et ad manus meas libere resignatis et eidem matri mee pro suo vero allodio ibidem a predictis scabinis sentencialiter adiudicatis, que bona omnia et singula in presentia.. johannis dicti jekelith sculteti de Rüding Hermanni dicti Walewich.. Godefridi filij Hermanni sartoris de Walewich.. Theoderici filij carrutarij.. Heinrici filij Reteri.. johannis de Waildorp. Conradi dicti Verling.. et.. Godefridi filij Gerardi dicti Bumeijster scabinorum ville iam predicte de Rüding, qui memorata bona verum eciam meum allodium esse et me eadem posse conferre, dare et donare quibuscumque vellem pro iure seu pro equa sensentia dictauerunt et dicebant prout ad eos pertinet in loco ad hoc specialiter deputato, quemadmodum de bonis eisdem ac alijs allodijs ibidem fieri est consuetum, presentibus eciam viris religiosis fratribus.. Gerardo de Aldenhouen et suo socio. Heinrico dicto de Nussia de ordine minorum. Gerardo pastore in Spile.. Siberto de Huchelonen et Reijnardo de Kalrode militibus.. Willelmo filio Siberti militis iam dicti.. Rijcholfo dicto de Geuenich.. Harlino filio suo, Hermanno dicto Hunne de Ambele famulis et quampluribus alijs de Rüding et de Spile parochianis resignaui, supportaui libere et solute et.. toto et in parte resigno et supporto per presentes cum omni iure et dominio, quod hucusque habui et habeo in eisdem bonis, renunciaui et renuncio, effestucaui et effestuco ipsis bonis transferens in easdem sorores et ad manus earundem huiusmodi bona recipientium quemadmodum bonorum talium et loci ibidem consuetudinis est et iuris ad tenendum, habendum quieta possessione imperpetuum huiusmodi bona pleno iure et ordinandum de eisdem omnibus et singulis suam per omnia liberam voluntatem. jn cuius rei testimonium et firmitatem ampliorem sigilla venerabilis viri dni. Walrami prepositi ecclesie bte. marie aquen. et comitis juliacen. dni.. Gerardi pastoris ecclesie in Spile.. Gozscalci dapiferi comitatus juliacen. dicti de Selnicheijm et Reijnardi de Kalrode militum, et scabinorum de Rüding tam pro me quam pro Siberto milite et sculteto predictis, quia propria sigilla non habemus ad communem nostram petitionem presentibus sunt appensa et eisdem utimur in hac parte. Et nos scabini prenominati profitemur pro iure dixisse et iuste iudicasse, sententiasse predicta bona verum esse allodium Aleijdis supradicte ac ipsam talia bona posse conferre, dare, donare quibuscumque ac ordinare de ipsis suam eciam per omnia liberam voluntatem. Nos vero Gerardus pastor ecclesie in Spile. Reijnardus et Sibertus milites predicti cum parochianis antedictis, premissis omnibus et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

singulis una cum ipsis sculteto et scabinis interfuimus vidimus et audiuimus ac ea protestamur in hijs scriptis prout supra narrata sunt per omnia esse vera. Nosque Walramus prepositus et comes.. Gerardus pastor, Goscalcus dapifer et Reijnardus milites supradicti una cum scabinis in Rüding sigilla nostra hijs litteris appendimus et appendenda duximus ad preces ipsius Aleijdis Siberti militis johannis dicti jakeleth sculteti in Rüdinh ac aliorum predictorum parochianorum et famulorum in fidem et testimonium omnium premissorum. Actum et Datum apud Ambele in octauis penthecostes anno dni. mllo. ducentesimo octogesimo quarto.

255.

Ne gestarum rerum memoria processu temporis euanescat, et pereat, discretorum virorum prudentia solet ea, que legitime fiant inter homines scripturarum notitie commendare. Noscat igitur tam presens etas, quam successura posteritas, quod venerabiles viri dnus. Heribertus dei gratia decanus, totumque capitulum ecclesie ste. Adalberti extra muros aquen. acceptorum beneficiorum memores, que honorabilis vir dnus. johannes dictus Scherveil miles nunc advocatus aquen. eis gratanter sepe et sepius impendebat, et in futurum concedente dno. gratantius poterit exhibere super honore, fauore et promotione memoratis dno. decano totique capitulo per eundem dnum. johannem laudabiliter exhibitis et impensis. Cupientes ei nichilominus digna vicissitudine respondere. attendentes etiam in hac parte utilitatem sue ecclesie concesserunt unanimi consensu et voluntate prenominato dno. johanni et dne. Katharine sue uxori, quoad vixerint, quasdam areas infrascriptas ad emunitatem sue ecclesie pertinentes, cum omni iure, quod ipsi dnus. decanus et capitulum in huiusmodi areis habuerunt, quarum arearum iacentium ex opposito dicte ecclesie dnus. Heinricus dictus juvenis bone memorie, quondam canonicus dicte ecclesie unam habuit et possedit, dnus. Arnoldus quondam scholasticus eiusdem ecclesie aliam ibidem immediate iacentem habuit et possedit, et dnus. Reijnardus quondam thesaurarius eiusdem ecclesie aliam ibidem immediate iacentem habuit et possedit. Deinde super aquam, que dicitur Wurm unam aream, inter quam aream et inter illam, quam dnus. Reijnardus predictus habuit et possedit iacet quedam area, que non est ecclesie memorate, pro tribus marcis annui census, pro medietate in festo natalis domini et pro reliqua medietate in festo nativitatis st. joannis baptiste. sepe dicte ecclesie ab eisdem dno. johanne et dna. Katharina sua uxore singulis annis, quoad vixerint persolvendis. jta quod ipsi dnus. johannes et eius uxor et eorum heredes non habebunt aliquod ius hereditarium in huiusmodi bonis custodie dicte ecclesie in decima iure salvo. si vero memorati dnus decanus et capitulum sustinuerint aut passi fuerint aliquem defectum in solutione dictarum trium marcarum, in aliquo dictorum terminorum extunc possunt ipsi per iudices aquen. super dicta bona facere pignorari, ac si esset sua heriditas libera et soluta. sunt etiam conditiones huiusmodi supperaddite, quod predicti dnus. johannes et eius uxor tenentur et debent in suis expensis edificare et meliorari facere areas supradictas, quarum personarum altera evocata de medio, commemoratio illius, que defuncta fuerit, annis singulis in predicta ecclesia sollempniter peragetur, reliqua vero superstes in plenaria possessione dictorum bonorum, quoad vixerit, permanebit, et hec bona edificialiter conservandis negligens fuerit et ea corruere permiserit. Extunc predicti dnus. decanus et capitulum ad bona prehabita se tenebunt. qua defuncta similiter eadem bona secundum quod edificata et meliorata tunc temporis fuerint cum omni iure, quod ipsi dnus. johannes et eius uxor in huiusmodi habuerunt ad predictam ecclesiam libere devolventur, predictorum quoque dni. johannis et dne. Katharine sue uxoris commemoratio singulis annis post ipsorum amborum obitum, in predicta ecclesia sollempniter peragetur, dolo et fraude cessantibus in premissis Acta sunt hec in presentia et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sub testimonio Bartholomei de Trana, Lumbardi villici aquen. qui dicitur Bertolinus. dnorum. Willi de Punt, Willi Malebrancke et Gerardi Anelant, militum et scabinorum aquen. Hermanni de Holsit, Willi de Hasselhoutze, Hermanni Quecke, Heriberti Godsname, johannis filii Yuelonis. Willi. Sturm, johannis Munt, Yuelonis, Gerardi de Luchgene, johannis Kalff, et Arnoldi Wilde, qui scabini sunt aquen, cum quibus villico et scabinis aquen. interfuerunt testes, qui dicuntur aquis vulgariter dengmanni, ex utraque parte rogati quorum nomina sunt hec: Cristianus de porta Regis, Henricus de Herle, johannes de Golopia, Willelmus de Leijneche, Martinus de Traiecto, Theodoricus de Rode, et quam plures alij cives aquen. fide digni. jn cuius rei testimonium atque robur petiverunt partes hinc inde presens instrumentum sub chijrographo conscribi et segillis Regalis sedis aquen. ecclesie sti. Adalberti aquen. predicte et dni. johannis sepedicti fideliter communiri. Actum et datum feria 2da. post dominicam, qua cantatur letare jherusalem. anno dni. 1301.

(Appendebant tria sigilla ex flavis sericis in viridi cera).

256.

Nos Gerardus comes juliacen., et Walramus dnus. de Monijoije et de Valkenborg, notum esse volumus vniuersis cristi fidelibus presentes litteras visuris et audituris, quod nos, super hac re deliberacione prehabita diligenti, pro nobis et pro nostris heredibus, in honore domini nostri jhesu cristi, et in laude gloriose matris eius marie virginis, et ob fauorem quem gerimus et habemus ad judices, scabinos, consulatum, ciuium magistratum, et vniuersos ciues Regalis sedis aquen. ratificamus et renouamus eis, composicionem, reconciliacionem et firmam pacem, factas inter parentelam nostram ex vna parte, et ciues aquen. vniuersos et singulos, ex altera, pro tota nostra parentela, et pro consanguineis et amicis nostris vniuersis, natis et nascituris, super omnibus questionibus, rancoribus, controuersiis et inimicisiis vniuersis, omni fraude et dolo exclusis, prout littere, super hiis confecte et bene sigillate, quas ipsi ciues aquen. habent, continent euidentius et declarant. Verum quia quidam nostri consanguinei, uidelicet dnus. comes de Salmen, dnus Rulf de Rijferscheit et frater eius Heinricus, et quidam alij et eorum complices, ipsos ciues aquen., contra tenorem litterarum, super reconciliacione predicta, confectarum, inuaserunt et molestauerunt indebite, et eis graues iniurias intulerunt, quemadmodum ciues aquen. nobis sepe et sepius sunt conquesti de cetero sustinere nolentes, quod ciues aquen vniuersi et singuli, per antedictos nostros consanguineos, aut per suos complices, seu per aliquos alios nostros consanguineos et amicos, natos, aut nascituros, grauentur, aut aliqualiter molestentur contra tenorem predictarum litterarum, sed vt ipsi ciues aquen. vniuersi et singuli, tranquillitate et pace fruantur et gaudeant speciali, quicumque dictorum consanguineorum nostrorum aut aliorum consanguineorum vel amicorum nostrorum, natorum, vel nascturorum, vel suorum complicum, ipsos ciues aquen. vniuersos aut singulos, inuaserit, aut eis aliquod dampnum fecerit, aut eos, contra tenorem dictarum litterarum, quoquomodo, molestauerit, hoc eis promittimus et debemus cum omni plenitudine restaurare, refundere et penitus resarcire et indempnes firmiter conseruare. ad quod nos, heredes nostros et bona nostra, fideliter obligamus. super hiis, fide nostra interposita corporali. jn cuius rei robur, testimonium atque fidem, nos, eisdem ciuibus aquen. amicis nostris dilectis, pro nobis, et nostris heredibus, presentes litteras, sigillis nostris dedimus communitas. dolo et fraude. cessantibus in premissis. Actum et datum in die sancti petri ad vincula, anno domini millesimo trecentesimo, primo.

2 Reuter Siegel an roth-seidenen geflochtenen Korden, 1s in gelbem Wachs, S. Gerardi comitis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

julie —— et nemoris. Gegensiegel der Jülische Löwe, G. cois. julie et nem. 2, in weissem Wachs sigillum Walrami domini de Monjoije et de Valkenborgh. Gegensiegel Löwe mit doppeltem Schweif, Walrami dni. de Montjoije et de Valkenborgh.

257.

Gerardus. comes jüliacen.. viris prudentibus et discretis aduocato, scabinis et magistris ciuium.. ciuitatis, aquen. salutem et omne bonum cum affectu. Noueritis per presentes. quod ex vero et legitimo debito in quadam pecunie summa.. Conrado Lumbardo. vestro conciui sumus obligati, quare vestram discretionem rogamus volentes seriose quatinus redditus nostros emergentes in vigilia natiuitatis jhesu cristi.. videlicet centum marcas aquen. pagamenti, conrado predicto detis, presentetis, et integraliter deliberetis. cognoscentes quod si non factum fuerit per vos, et si predictum conradum in aliquod dampnum rationabile euenire contigerit. eundem de dampno predicto quitabimus et quitum reddere promittimus penitus et omnino. jn cuius rei testimonium sigillo nostro.. maiori vtimur in hac parte. Datum XX die augusti anno dni. M. CCC. primo.

(Sigillum abruptum.)

258.

Reijnardus dei gracia abbas et connentus monasterij sti. cornelij jnden. colon. dijoc. vniuersis tam presentibus quam futuris, ad quos presentes littere peruenerint salutem in dno. Noveritis, quod nos Lise filie Giselberti de aquis angulum situm inter domum eiusdem Lise et ripam prope ligneum pontem in dicta villa concessimus et concedimus hereditarie pro duobus denarijs pagamenti aquen. in nativitate dni singulis annis in perpetuum persoluendis. quorum vnus ad elemonisam nostri monasterii predicti dabitur. reliquus vero vt parochiali ecclesie jnden. cedat. et concedimus et indulgemus ex gracia speciali. jn cuius rei testimonium sigillis nostris sunt presentes littere roborate. Acta sunt hec presentibus nostris fidelibus. judicibus et scabinis. Emundo de Frankenberg, Godefrido de Heijden, suo filio Gerardo. Egidio de Dorp. Carsilio de Cruthus. Francone de Hostade et Ywano de Busbach. Gerardo sculteto Conrado de Bardenbach aduocato. Willelmo rufo. Adam. Dewino. Helwico. Willelmo videller. Alberto Lobe. Conrado Calcrap. scabinis. Marchario Schiflaro et aliis pluribus fidedignis. Anno dni. M. trecentesimo secundo. in octauis pasche.

(2 Siegel an Pergament-Streifen, beide beschädigt.)

259.

Vniuersis tam posteris quam presentibus publice innotescat, quod Heinricus dictus de Egze opidanus in Duren compos mentis, corporis et rerum eo tempore, quo id bene et de iure fieri potuit. ita quod eis fuit firmum ac utile, quibus fecit venerabili dno. decano totique capitulo ecclesie bte. Marie aquen. octo modios aquen. mensure melioris bladi, cuius media pars tritici est, et altera siliginis, vendidit pro sexaginta marcis denar. aquen. pagamenti extra expensas, quas dictos ementes, consuetas et necessarias facere oportuit hac de causa, de qua pecunie summa est dicto venditori cum omni plenitudine satisfactum et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

idem venditor aut sui legitimi heredes dictos modios siliginis singulis annis in festo bti. Remigij confessoris presentabit aut presentabunt infra aquis supra granarium dnorum. predictorum suis laboribus et expensis. Et ad securitatem premissorum maiorem predictus Heinricus venditor memoratis dnis. substituit decem iurnales et dimidium terre arabilis sitos hinc inde in territorio de Düren, quorum quidem iurnalium una pars sita est et iacet in campo de Mesgen iuxta terram dicti Raijfsac, que tenet 4. iurnales et dimidium iuxta villam, que vulgariter dicitur Antwicke sitos infra vias molendinarias. jnsuper 2 iurnales et dimidium sitos in proxima via molendinaria iuxta terram dicti Nolgin. jt. terra quartalia sita iuxta claustrum fratrum de Paradijso. Ea tamen conditione apposita, quod quamcunque Gertrudim relictam quondam dicti Bolkini dei nutu decedere contigerit, Heinricus predictus venditor aut sui legitimi heredes in primo anno decessi predicte dne., si ipsi aut ipsis placuerit hereditarie soluet aut soluent 3 marc. denar. pagamenti currentis in aquis communiter et in confinio circumquaque annui census pro 6 modijs modiorum predictorum, quod in eius fine in eorum heredum pia voluntate seu deliberatione plenius tunc existet, sed residuos duos modios erunt hereditarie soluturi. Si vero dictus Heinricus seu sui heredes sepedicti cambium hunc cum testimonio judicis et scabinorum Düren. in primo anno decessi huiusmodi non fecerit vel non fecerint, antedictos modios soluet siue soluent hereditarie presentando quemadmodum conditiones supra de singulis sunt confecte. jnsuper si Heinricus predictus venditor et solvens seu sui heredes antedicti premissum solutionis terminum modiorum predictorum neglexerit siue neglexerint memorati dni. recuperationem recipient in pignoribus et bonis subconstitutis. Et predictus venditor Heinricus dictis ementibus promittit insuper et tenetur prestare Warandiam secundum ius et consuetudinem ciuitatis fraude et dolo cessantibus in premissis. jn quorum omnium et singulorum testimonium atque maiorem imposterum euidentiam dnus. Goswinus scolasticus et dnus. Arnoldus Roijst canonici ecclesie prefate pro venerabili uiro dno.. decano totoque capitulo huiusmodi ecclesie ex una parte et Heinricus predictus cum suis heredibus ex alia parte rogauerunt presens instrumentum regali sigillo opidi Düren. firmiter communiri. Et nos Bartholomeus aduocatus et magister ciuium.. Gobertus dictus Brant judex et scabini Düren.. Gerardus.. Heinricus.. Philippus.. Theodericus.. Bartholomeus. Anselmus. et johannes dictus de Cirna huic scripto predictum sigillum ex petitione utriusque partis apponendum duximus in testimonium premissorum. Datum et actum feria tercia ante diem festum bte. Cecilie virg. anno dni. Mllo. trecentesimo secundo.

260.

J. n. s. ac i. t. Heinricus dei gracia Roman, Rex semper augustus Regalem decet sublimitatem, paci et quieti omnium intendere, et sua vnicuique jura in statu solido conseruare, Vnde sicut equitas iusticie, et Regni auctoritas nos ammonent, quieti et tranquillitati fidelium nostrorum, et iusticie toto nisu volumus prouidere, Et quoniam Aquisgranum vbi primo Romanor. Reges initiantur et coronantur, omnes prouincias, et ciuitates post Romam, dignitatis et honoris prerogatiua precellit; congruum et racionabile est, vt exemplo domini et sancti Karoli, aliorumque predecessorum nostrorum jmperatorum et Regum, eundem locum, et omnes inhabitantes Regalis defensionis, et nostre clemencie Priuilegiis, libertatis, et bonarum consuetudinum confirmacione quasi muro et turribus muniamus. Verum, quoniam ab humana facilius elabuntur memoria, que nec scriptis nec testibus eternantur. Sciant vniuersi, presentes et posteri quod nos fidelium nostrorum ciuium aquen. precibus annuentes, omnem justiciam et libertatem, quam gloriosus predecessor noster Karolus magnus Romanor. jmperator Augustus, eis pre ceteris dederit, et omnia, que diui Augusti, Romanor. jmperatores, Fridericus et Heinricus, alijque predecessores

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nostri contulerunt, eis confirmamus, et lege imperpetuum valitura-, prout rite indulta et concessa noscuntur et prouide roboramus. Scilicet vt non solum clerici et laijci huius loci indigene sed et omnes jncole et aduene hic inhabitare volentes, presentes et futuri, sub tuta et libera lege, ab omni seruili condicione liberi vitam gerant, ac omnes pariter ex auis et attauis ad hanc sedem pertinentes licet alibi moram facientes, ab hac lege, a nullo successore nostro, nec ab aliquo machinatore, legumque subuersore infringantur. Nunquam de manu Regis, vel jmperatoris alicui, persone nobili, vel ignobili in beneficium tradantur. Nec ipsa ciuitas, nec aliquid ei attinens alicui hominum valeat occupari. Suas eciam negociaciones per omne Romanum jmperium, ab omni exactione Thelonei, Pedagij, carradie, vectigalis seu quocumque nomine vocetur, liberi, et absque omni impedimento libere exerceant, sicut fecerunt, temporibus antecessorum nostrorum. Nullus eciam judex a nobis, vel ab aliquo successore nostro Aquis constitutus, nostra vel sua auctoritate, vel alicuius successoris nostri, Regis, vel jmperatoris, talliam vel precariam, in predictos ciues Aquen faciat. nec eos ad aliquid dandum Regi, vel jmperatori compellat, nisi quantum ipsi de sua bona voluerint facere voluntate. jniustam eciam et illicitam consuetudinem, per quam judices quandoque solebant a venditoribus panis et cernisie indebitum accipere in grauamen tocius ciuitatis penitus amouemus Renouamus eciam eis et confirmamus, vt nullus prenotatos ciues nostros aquen. ad aliquod seruicium ultra progredi compellat, quam vt ipso die, quo clara luce, de domibus suis exierint, cum splendore solis redire possint. jnhibemus eciam, ne aliquis judex Aquen. a nobis vel ab aliquo successore nostro, constitutus in grauamen alicuius ciuis procedat, nisi prout ei dictauerit iusta sentencia scabinorum, vt in nullo predictorum fidelium nostrorum libertas aliquatenus mutiletur, pro sincera eciam dilectione, quam ad ipsos nostri predecessores habuisse noscuntur, et vtique nos habemus, ipsorum supplicacionibus fauorabiliter inclinati, presens Priuilegium, de Regalis preeminencie gracia eis duximus indulgendum. Statuentes nichilominus, et Regali sanxcientes edicto, vt nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nulla denique persona, alta vel humilis, ecclesiastica, vel mundana, vniuersitatem predictam, contra presentis Priuilegij nostri tenorem, ausu temerario, inquietare, molestare, seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit indignacionem nostri culminis, se nouerit incursurum, et centum libras auri optimi. pro pena compositurum, medietate scilicet camere nostre, et reliqua medietate passis iniuriam applicanda. jtem statuimus, et sancximus, ut memorati ciues Aquen. inter se de bonis suis colligere valeant, vnde se, et ciuitatem nostram Aquen. muniant, ad honorem imperij et profectum. Et hoc faciendum, vel obmittendum, eorum relinquimus arbitrio, prout ipsis nostro honori, magnificencie Regali, et eorum necessitati videbitur expedire Et quicquid sic de bonis suis, inter se, aut alio quoquomodo collegerint, vel de communibus prouentibus ciuitatis prouenerit, nunquam aliquid in nostros, aut alicuius successoris nostri, vsus, seu cuiuslibet alterius hominis conuerti volumus seu locari, sed eorum municionibus, alijsque communibus necessitatibus, et agendis ipsius ciuitatis totaliter deputamus. Damus quoque auctoritatem nostris fidelibus supradictis, vt inter se constituciones necessarias et vtiles constituere valeant, et eos dum voluerint reuocare. Huius rei hij sunt testes, viri venerabiles. Petrus Maguntinen. Heinricus colonien. et Baldewinus Treueren. Archiepiscopi. Theobaldus Leodien. johannes Argentinen. et Emercho Wormacien. ecclesiarum episcopi. Reijnardus jnden. et Egijdius Wizzemburgen. Abbates. Rudolfus comes palatinus Reni, dux Bawarie. Woldemarus marchio Brandenburgen., et johannes Dux Brabancie, dilecti Principes nostri, et Nobiles viri Robertus Flandren. Gerardus juliacen. johannes et Sijmon frater eius de Spanheim. Georgius Veldencie, Ludowicus de Rinec, Georgius jrsutus, et Fridericus Siluester, comites fideles nostri dilecti, et quam plures alij fidedigni. Vt autem hec omnia premissa, robur obtineant perpetue firmitatis, presens Priuilegium exinde conscribi, et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Actum et datum colonie XI. Kl. Febr. jndictione septima. Anno dni. Mllo. Trecentesimo nono. Regni vero nostri anno primo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Kaiserl. Siegel in gelbem Wachs an einem breiten aus roth- grün- und gelb-seidenen Fäden geflochtenen Bande.

261.

Notum sit omnibus presens scriptum intuentibus, quod nos Walramus de juliaco dnus. de Bergheijm recepimus ab honorabilibus viris, et amicis nostris dilectis.. judice.. scabinis.. consulibus.. magistratu ciuium.. ceterisque ciuibus Regalis sedis aquen. centum marcas pagamenti aquensis, in parata pecunia nobis tradita et assignata. quas nobis dicti ciues singulis annis racione cuiusdam emende soluere tenentur, sicut in litteris super hoc confectis plenius continetur. de quibus pro vno termino ipsos quitos et solutos dicimus et dimittimus per presentes, quibus sigillum nostrum est appositum in testimonium super eo. Datum anno dni. Millesimo trecentesimo decimo in die Epijfanie domini.

Reuter-Siegel in gelb-braunem Wachs. Umschrift: S. Walerami de juliaco dni. de Berghem. Gegensiegel der jülische Löwe. Secret. sigil. dni. de Berghem.

262.

Vniuersis ad quos presentes littere peruenerint, nos johannes d. g. dux Lothar. Brabant. et de Lemborg, notum facimus, quod nos, deliberacione super hac re prehabita diligenti, cum nostris fidelibus et militibus, ob reuerenciam sacri Romani jmperij, volumus inuiolabiliter obseruare ciuibus aquen. vniuersis et singulis, amicis nostris dilectis, omnes condiciones et obligaciones conscriptas in litteris super conductu inter Renum et mosam et nostra protectione, confectis, quas, nos et consors nostra.. ducissa, sigillauimus. Et terras nostras, et vias et stratas nostras aperimus et apertas ciuibus aquen. vniuersis et singulis, et ad eos pertinentibus, volumus obseruare. jta quod ipsi, per nos sunt et erunt cum corporibus et rebus suis, inter Renum et mosam, et in terris nostris specialiter et firmiter assecurati, et libere transire, ac redire et negociari possint, sicut ipsi hactenus facere consueuerunt. ad quod, nos presentibus obligamus. quia super omnibus actionibus et requisicionibus, cum ciuibus aquen. vniuersis et singulis, omnino et plenarie sumus complanati. dolo et fraude cessantibus in premissis. Nos autem judex, scabini, consulatus, ciuium magistratus, ceterique ciues regalis sedis aquen. attendentes liberale promissum et vtile propositum jncliti principis domini johannis dei gracia ducis Lothar., Brabant. et de Lemborg, nostri superioris aduocati vt hec nobis et ad nos pertinentibus firmiter obseruentur, in subsidium expensarum, quas ipsum facere frequenter oportet, persoluemus ei, aut suo certo nuncio, singulis annis, in festo cristi, trecentas libras nigrorum turonen. grosso turonen. regali de francia, pro sedecim nigris turonen. computato vel pagamentum equiualens pro eisdem. vltra centum marcas communis pagamenti aquen. quas solemus ei singulis annis persoluere in festo cristi. jta quod has trecentas libras tur. in toto vel in parte redimere bene possumus pro pecunia parata. jta quod singulas centum libras tur. cum mille libris nigrorum tur. vel cum pagamento equivalenti, redimere possumus in pecunia parata Et sic in redemptione predicte pecunie proporcionaliter est agendum.. postquam vero has trecentas libras tur. redemerimus, vt est dictum extunc littere, quas super hac re dedimus, expirant, nec roboris sunt ullius. jn cuius rei testimonium atque robur, nos dux prenotatus, petiuimus presentes litteras sub cijrographo conscribi et sigillo nostro et sigillo consortis nostre.. ducisse et sigillis fidelium nostrorum, dni. Florencij dni de Berlar et dni. Rogeri de Leuendale, et dni. Danielis de Boijchhoutze et dni. Arnoldi de Wethham Seneschalci terre nostre Lemburgen. militum sigillari. Et nos judex, scabini, consulatus, ciuium magistratus, ceterique

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ciues regalis sedis aquen. presentibus litteris, quas eciam conscribi et sigillari petiuimus, sigillum regalis sedis aquen. duximus apponendum. Actum et datum in die juvencionis ste. Crucis. anno domini millesimo trecentesimo decimo.

7 Siegel an roth-seidenen Schnüren. 1s und 5s in gelbem, 7s Stadt-Siegel in weissem, 2s, 3s und 4s in grünem und 6s in braunem Wachs.

263.

Viris prouidis, ac venerabilibus, judicibus, scabinis, consulatui, ciuium magistratui, ac vniuersis ciuibus Regalis sedis, et jmperialis vrbis aquen., et eorum singulis.. johannes de Vannesia, et Radulphus maquardi de marulio, nundinarum campanie, Brieque custodes salutem et sincere dilectionis affectum.. litteras vestras per manum Arnulphi allemanni, harum reportitoris recepimus inter alia continentes. quod nonnulli conciues vestri ad predictas nundinas affectant cum suis mercibus se transferre, vnde vos certificaremus litteraliter, si quid pro tempore retroacto actum esset, quod posset per — consuetudinem hiis. obesse. Hinc est, quod vos scire volumus per presentium seriem, quod per nundinas barri super albam. per nundinas Pruuini de madio ac per nundinas sancti johannis Trecen. proclamari fecimus sollemniter et publice, si esset aliquis qui vestratum alicui quidquam petere aut exigere vellet, nullo super hoc assistente aut comparente contra Vestratum aliquem, aliquid petituro. Vnde de plenitudine potestatis, ac officio nundinarum regiminis nobis commisso, placet et volumus, quod omnes et singuli Vestrates, ad predictas nundinas cum suis mercibus, aut aliter saluo et secure quocienscunque eisdem placuerit accedant, nullum impedimenti obstaculum verituri quod sciamus. bene et diu valetis in eo qui est cristus. Datum Treceni sub dictarum nundinarum sigillo anno gracie millo. CCC. terciodecimo mense Augusti. . . . ph.

Siegel in gelbem Wachs an einem Pergament-Streifen, beschädigt.

264.

Vniversis presentes inspecturis seu audituris, nos Arnoldus dictus Cleijnarmont, miles, villicus et Arnoldus de Rodenburch aduocatus. judices aquen. vna cum scabinis aquen. infrascriptis tenore presentium cupimus esse notum, quod coram nobis comparuerunt discreti viri dni. Henricus dictus Houere tanquam procurator seu clericus capituli aquen. et pro eis, et Theodericus de Ruremunde sacerdotes et capellani in Eccl. B. M. aquen. jdem Theodericus recognouit se vendidisse quatuor marcas annui census decano et capitulo ecclesie aquen. predicte, quas idem dnus. Henricus nomine decani et capituli, protestatus fuit emisse, marcam videlicet pro sedecim marcis aquen. pagamenti. Quas quidem 4 marcas census predicti idem Theodericus singulis annis in festo bti. johannis baptiste pro media parte, et in festo natiuitatis cristi aliam mediam partem in duabus domibus suis in platea Harduwini situatis assignavit levandas et recipiendas. exuens se idem Theodericus et effestucavit renunciando de 4. marcis predictis ad dnorum... decani et capituli predictorum, asserens de summa pecunie venditionis sibi in omnibus esse satisfactum. de quibus Henricus Houere tamquam procurator dicti capituli jus quod Urkunde dicitur ex parte dicti capituli tradidit et dedit cum effectu. Acta sunt hec presentibus honestis viris dnis... Gerardo dicto Anlant milite, Hermanno Quecke. Arnoldo de Lennicke. Gerardo de Luijchen. Willelmo de Lenniche. Gerardo de monte, scabinis aquen.. ac in presentia johannis dicti Munt. Ludovici de sto. Trudone. Ywani

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de Busbach. Reinari filii dicti Anlant et Werneri filii Willelmi de Lenge supradicti, qui tamquam Dengnanni ad premissa extiterunt vocati et rogati ac aliorum plurimorum fide dignorum, jn cuius rei testimonium idem Henricus Hovere nomine decani et capituli et dictus Theodericus pro se presentem conscribi litteram petiverunt. sigillisque nostri Arnoldi villici, Hermanni Quecke et Gerardi de Luijchen corroborari rogaverunt, quod ad eorum rogatum nos fecisse protestamur. Datum anno dni. M. CCC. tercio decimo in crastino dnice. Letare jerusalem. (2. Siegel anhangend und 1. abgerissen.)

265.

Vniuersis ad quos presentes littere peruenerint, Nos Ger. comes juliacen. et Willelmus noster primogenitus, notum facimus confitentes, quod nos ciuitatem et ciues aquen. vniuersos et singulos, quos apud Thomam Nijcholinum, andream fratres, Obertinum suum cognatum, Bauduakinum, Ruffinettum, fratres, dominicum petrinum, fratres, Rijgaudinum, Anthoninum, Rotarios, comminganum et Fatschinum de comminganis, Lumbardos, et eorum socios mercatores asten. obligavimus sub certa forma et sub pena quinque milium marcarum aquen. pagamenti, que in litteris super hac re confectis euidencius continetur beniuole liberabimus, et reddemus indempnes. ad quod, nos fideliter obligamus. Et insuper nos Ger. comes juliac. illas sexingentas et quinquaginta marcas annuorum reddituum, quos habemus in ciuitate aquen. et omnes alios redditus, quos habemus ibidem, ciuitati et ciuibus aquen. vniuersis, firmiter obligamus. jn cuius rei testimonium atque fidem nos Ger. comes juliacen. et Willelmus noster primogenitus, dedimus ciuitati et ciuibus aqnen. vniuersis, amicis nostris dilectis presentes litteras sigillis nostris communitas. Actum et datum in vigilia natiuitatis gloriose virginis Marie anno domini millesimo trecentesimo quinto decimo.

1s Siegel abgefallen. 2s in gelbem Wachs an einem Pergament-Streifen.

266.

Vniuersis ad quos presentes littere peruenerint. Ego Henekinus de Vlodorp. Notum facio et recognosco quod sum bene et plenarie reconciliatus cum ciuitate aquen. et complanatus cum ciuibus. dicte ciuitatis vniuersis et singulis et renunciaui pure et simpliciter super omnibus questionibus actionibus et requisitionibus vniuersis et singulis que michi competebant de hereditate quam quondam habebam in ciuitate aquen., ad huius reconciliationis obseruantiam firmiorem obligaui me fide mea prestita corporali et rogaui dnos. johannem dictum de Asenrode et Gijselbertum de Bunde milites, vt ipsi sigilla sua. litteris hiis appendant in testimonium huius rei. Et nos johannes de Asenrode et Gijselbertus de Bunde milites ad peticionem prenominati Henekini sigillo nostra presentibus litteris duximus apponenda. Actum et datum feria secunda post diem conuersionis bti. Pauli anno dni M. CCC. decimo quinto.

Zwei Siegel in weissem Wachs an Pergament-Streifen.

267.

J. n. dni. omnium saluatore. vniuersis et singulis presentem cijrographum visuris et audituris salutem in eodem saluatore cum notitia veritatis. Ne quam plures hominum per sui maliciam seu obliuionem contractis a primis parentibus a suis in humana malicia retrocedant opus est communibus per sensibilem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

scripturam , ut iubet imperialis constitutio subueniri. Vniuersis igitur presentia visuris ego.. jutta beggina de Ambele , filia dni. Heinrici militis notum esse cupio tenore presentium publice protestando , quod de consilio amicorum meorum et quodammodo mota diuino instinctu vendidi , assignaui , superasportaui coram judicibus et scabinis ville de Rüdinch curtim meam in Ambele sitam cum agris et omnibus eiusdem curtis attinentijs , dnis. viris venerabilibus videlicet canonicis ecclesie bte. marie in aquis dno.. decano suisque confratribus ecclesie collegiate et eorum vsibus vertendis , vsufruendis pro mera et sua libera voluntate dicta bona possidenda , verum eciam pro quadam summa pecunie ad meos vsus tradite, deliberate et assignate forma tali , quod nec ego jutta predicta neque mei heredes quicumque motu ad hoc inclinato predicta bona repetere vel requirere poterimus in contrarium premissorum et ad cautelam venditionis et assignationis recensite aduocatum videlicet dnum. Cunonem dictum Corf. militem vna cum scabinis de Rüdinch videlicet Peregino.. cristiano de Waldorp.. Hermanno dicto Menchin.. Petro de Nuenhusin.. jngeramo filio quondam Godefridi sartoris.. Deijtmaro de Sueze. feci conuocari in testimonium premissorum dolo et fraude cessantibus in premissis , omnibus eciam exceptionibus et defensionibus cuiuscumque juris canonici vel ciuilis pecunie non tradite seu cuiuscumque amotis , que michi jutte vel meis heredibus quomodolibet non poterunt suffragari. jn cuius rei testimonium sigillum dni. Cunonis aduocati supradicti vna cum sigillo scabinorum de Rüdinch duxi presentibus apponenda. Et nos aduocatus predictus scabinique prefati ad petitionem ipsius jutte sepius recensite sigilla nostra dicto Cijrographo apposuimus in testimonium premissorum. Datum et actum anno dni. millesimo CCC. septimo decimo in vigilia bti. Gregorij.

(2 Siegel , 1s. in grünem und 2s. in gelbem Wachs.)

268.

Nos Gerardus comes juliacen. notum facimus vniuersis. quod cum honorabiles viri dni. decanus et capitulum ecclesie ste. Marie aquen. nostri amici predilecti curtem in Ambele cum suis attinentijs vniuersis que fuit purum allodium honeste persone jutte de Ambele beegina , erga eandem juttam de nostra conniuentia et consensu iusto emptionis titulo comparaverint pro certa pecunie quantitate scilicet quemlibet jurnalem dicte curtis et attinentiarum pro octo marcis colonien. pagamenti communiter currentis , prout inter partes hinc inde conuentum et concordatum existit sollempni stipulatione mediante et secundum ritum et legem patrie atque loci illius in talibus obseruata. Nos ob reuerentiam dominice matris, cui prelibata aquen. ecclesia fore dinoscitur attitulata promittimus sponte et liberaliter prefatos.. decanum et capitulum ac ipsam aquen. ecclesiam in curte et bonis eisdem ac possessione eorundem , cum in nostro districtu ac territorió sint sita conseruare , et tueri , tamque in eorum puro allodio contra quoscumque ipsos molestare et perturbare conantes in illis volentes et precipientes . dapifero et officiatis nostris vniuersis et specialiter officiato loci illius apud Ambele , quatenus predictos.. decanum et capitulum atque aquen. ecclesiam pacifice et quiete in bonis memoratis tamquam in eorum vero allodio nomine et auctoritate nostra manu teneant et defendant sicut nostram indignationem voluerint cuitare Datum feria tercia post ramos palmarum. anno dni. millesimo. CCC. septimo decimo. (Siegel in gelbem Wachs.)

269.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris.. officialis curie colon. salutem et cognoscere veritatem. Noueritis quod propter hoc constituta personaliter coram nobis domicella.. jutta de Ambele bagina, confessa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

est et recognouit se a dnis.. decano et.. capitulo ecclesie bte. Marie aquen. leod dioc. recepisse et habuisse in numerata pecunia mille et ducentas marcas colon. pagamenti tribus hallensibus pro duobus denarijs eiusdem pagamenti computatis- eidem domicelle debitas ut asserebat racione emptionis et vendicionis curtis de Ambe'e et eius attinentijs, de quibus mille et ducentis marcis pagamenti predicti dicta domicella se pagatam et contentam tenebat occasione predicta et renunciauit dicta domicella exceptioni non solute, non tradite pecunie memorate de vlterius non petendo de summa pecunie antedicte. Actum et datum colonie anno dni. millesimo. CCC. decimo octauo. octaua die mensis julij.

(Sigillum abruptum.)

270.

Notum sit vniuersis presentes litteras inspecturis tam presentibus quam futuris, quod constitutus coram judicibus et scabinis infrascriptis dnus. Arnoldus dictus hoijnnere presbiter aquen. dedit et supportauit cum calamo donatione inter vivos perpetue et hereditarie ad altare ss. Cornelij et Cijpriani martijrum situm infra limites ecclesie bte. Marie aquen. portionem hereditatis sue paterne, que sibi competebat ex successione et divisione hereditaria ad opus et ad vsus eiusdem altaris et sacerdotis pro tempore officiantis ipsum altare, que hereditas sita est et specificata in locis infrascriptis, videlicet in platea Hardewini de domo Reijnardi munt 29. solidos. jt. ibidem de domo Katherine de epen 18. solid. jt. ibidem de domo Katherine mitrarum factricis 6. denarios. jt. extra portam Hardewini de domo johannis de juliaco 2. solid. jt. de domo Webgardorum supra fossatum 5. sol. et 6. den. jt. extra portam porchetensem de domo quondam Andree famuli villici aquen. 2. sol. jt. extra portam sti. jacobi de domo Henrici dicti blundeijl 3 sol. hereditarii census et perpetui singulis. annis perpetue et hereditarie a sacerdote ipsius altaris colligendos, levandos et recipiendos terminis et temporibus debitis et consuetis cum omni jure sicut ipse dnus. Arnoldus predictam hereditatem habuit et visus fuit habere, exuens se possessionem dicte hereditatis cum omni jure suo dnum Anselmum de sto. Martino presbijterum aquen. nomine ipsius altaris cum plenitudine juris protinus investivit de eisdem et nichilominus renunciavit idem dnus. Arnoldus cum calamo dicte hereditati et censibus cum omni jure suo ad opus et ad usus altaris supradicti. quo facto domina Claris mater ipsius dni. Arnoldi dnus. Henricus Hoijnere presbijter aquen. et Egidius laicus fratres eiusdem, litteram omni jure, quod ipsis competebat seu competere poterat in futurum in hereditate predicta, seu quod uisi fuerunt habere, similiter cum calamo renunciaverunt simpliciter et de plano ad opus et ad usus altaris supradicti, salvo per omnia jure dnorum. fundi et census in hereditate predicta. Actum in presentia et sub testimonio Willelmi de Sürse locum judicis tenentis, dnorum. Arnoldi dicti parvi villici et advocati, Gerardi de Luijchene militum, johannis dicti Kalf, Arnoldi de Lenge, Conradi de Punt dicti Aijnlant, Willelmi dicti Kutzelen, et juelonis dicti Seijlgere scabinorum Regalis sedis aquen. jn cuius rei testimonium partes predicte hinc et inde presentes litteras conscribi pecierunt et sigillo Regalis sedis fideliter communiri. Datum in conversione bte. lucie virg. et mart. anno dni. millesimo CCC. decimo octauo.

271.

Ludovicus.. Regis francie primogenitus dei gracia Rex Navarre, campanie, Bricque comes palatinus.. vniuersis presentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus, quod volumus et placet nobis, ut omnes et singuli ciues et habitatores vrbis aquen. in Alamannia, cum bonis et mercibus suis ad nundinas nostras

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

campanenses possint quociens eis placuerit et saluo et secure accedere, prout per earundem nundinarum litteras sibi dinoscitur esse permissum. jn cuius rei testimonium presentibus nostrum fecimus apponi sigillum. Actum parisiis XIIII. die Februarij anno dni. millo. trecentesimo terciodecimo.

Königl. Siegel in gelbem Wachs an einen Pergament-Streifen. Umschrift Ludovicus Regis francie primogenitus dei gracie Rex Navarre, Gegensiegel: Reuter-Siegel Umschrift campanie Bricque comes palatinus

---

272.

Quicquid — notum — quod Hildeboldus miles dictus de monte, dum adhuc esset in seculo et plene compos mentis, corporis et bonorum suorum cum pueris suis, de parentum et amicorum suorum consilio Hildeboldo, Conrado et Alexandro de eorum bona voluntate taliter convenit, quod ipse Hildeboldus pater predictorum fratrum omnibus bonis effestucando. renunciauit et possessionem eorundem exivit in usus predictorum puerorum suorum. quo facto predicti pueri, de parentum suorum et amicorum consilio, dicta bona, ut fratres debebant, equaliter diuiserunt. et quia prefatus Alexander, dum predicta facta fuit diuisio, ad annos non peruenerat discretionis, elegit Hildeboldus frater suus predictus super omnia bona sua, que ad ipsum in diuisione devenerunt, quod fratrem suum Alexandrum prescriptum, dum annos haberet discretionis, talem habere deberet, quod dictam diuisionem gratam et acceptam obseruare deberet. facta autem diuisione predictus Conradus sano ductus per omnia consilio se cum omnibus bonis suis, que ipsum in diuisione contingebant, transtulit ad domum hospitalem ste. Marie domus theutonicorum. et predictis bonis effestucando renuntiavit et possessionem eorundem exivit in usus predicte domus et fratrum. Hec sunt autem bona, que dictum Conradum in diuisione prescripta contingebant. 2 marce annui census in domo sita in foro, que aquila dicitur. jn colonien platea apud joh. fabrum 8 sol. apud Edelonem in punt 5. sol. apud Evam in punt 5. sol. et 4 capones. apud Franchonem de monte 12. denar. et 2. capon. apud Winandum de monte 20. denar. apud Henricum de s. Adalberto 30. den. et 3 galline, apud Arnoldum de s. Petro 18 den et 1. capo. apud Fleuthonem 6. den. et 1. capo. apud Cunzonem sellarium in colon. vico 18. den. apud Gerardum carnificem 42. denar. et 1. capo juxta montem 10. jurnales terre arabilis, juxta molendinum aduocati 2 jurnales pratorum juxta Freimunt 4. jurnales terre arabilis tercia pars de quadam domo fullonia. 3a pars de 4ta parte cuiusdam molendini, quod fuit dni Hildeboldi de dimidietate cuiusdam cambe site super ripam in punt 3a pars Acta sunt hec sub testimonio dni. Wilhelmi aduocati, Sijmonis villici judicum aquen. Bonifacii de monte. Anselmi et Harliui militum. et etiam sub testimonio Reinardi de Stockem. Wilhelmi de Wals. Ywani. Gijsonis. Bauwari. Wilhelmi Lovechim. Arnoldi rufi. Gerardi de Lugene. Gerardi prepositi et Heriberti de ponte aquen scabinorum quod ad maiorem predictorum certitudinem testes sunt adhibeti, qui dicuntur dingmanni utrimque rogati. quorum nomina sunt hec Gerardus filius Harule Nicholaus de Ougene, Henricus de Ougene. Wilhelmus urens. heribertus palma, Wilhelmus albus, Henricus de Sleida, henricus Melechir, Wilhelmus munt, henricus munt, macharius, reinoldus de urselden et alii quamplures ciues aquen. jn cuius rei testimonium petiverunt utrimque presentem litteram conscribi et sigillo ciuitatis aquen. communiri. Datum anno dni. mllo. ducentesimo. quinquagesimo octauo. in crastino Thome apostoli.

Stadt-Siegel an 2 weissen Schnüren.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

273.

Nos Walramus dnus. de Monijoije et de Valkenburg notum facimns vniuersis presentes litteras visuris et audituris, quod Gertrudis de Wanrode vidua recognovit se recepisse a viris discretis dilectis nostris amicis, Godefrido dei gratia decano totoque capitulo ecclesie bte. Marie in aquis quatuor bonuaria terre arabilis cum dimidio, que fuerunt olim Reineri dicti Kegelere et duo jurnalia vel circa in villa iuxta curtim dicti Gertrudis sita, que ipsa dedit et reportavit in manus decani et capituli predictorum ad firmam seu in pensionem hereditariam singulis annis pro duabus marcis duodecim solidis pro marca qualibet computatis pagamenti apud Zittart communiter currentis, quarum quidem unam singulis annis in festo bti. Remigij et alteram in die bte. Walburgis dicto decano et capitulo persolvet et in curtim eorundem apud Binghenrode deliberavit tali conditione adiecta, quod si ipsa Gertrudis aut eius heredes dicta bona tenentes in solutione dicte pensionis defecerint in posterum in toto vel in parte, quod elapso uno mense immediate sequente terminum, de quo fuerit defectus dicta bona ad dictos decanum et capitulum libere revertentur, nullo iure dicte Gertrudi et eius heredibus in eisdem bonis reseruato, adiectum est eciam, quod prefata bona semper apud unam personam indiuisa remanebunt. jpsa eciam Gertrudis predicta et eius heredes a se dicta bona vendendo, douando vel legando aut quocumque modo alio in alias personas transferre non poterunt sine dictorum decani et capituli licentia et consensu speciali. jn cuius rei testimonium litteras presentes sigillo nostro ad petitionem dicte Gertrudis fecimus communiri. Et nos dictos decanum et capitulum ab iniurijs et violentijs, quibuscumque super premissis incombentibus tenebimur et defendimus. Datum anno dni. millesimo trecentesimo primo, feria quinta post festum bti. Remigij.

274.

J. n. dni. amen. Vniuersis presentes litteras visuris et audituris Godefridus d. G. decanus eccl. bte. Marie aquen. leod. dioc. salutem in dno. sinceram cum aquitione veritatis. Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri, quod coram nobis comparens Garsilius de Sceitwilre, noster concanonicus, affectans, ut asseruit, propter salutem animarum sue et parentum suorum ac pro animabus canonicorum dicte nostre aquen. eccl. defunctorum, et in atriis ante capellam sti. Nicolai sepultorum et inposterum sepeliendorum, 5 mrs. aquen. pagamenti hereditarie et perpetue ad opus unius sacerdotis assignare, qui de cetero unam missam pro defunctis in dicta capella sti. Nicolai (cuius capelle patronus existimus ac ejusdem collatio pleno jure ad nos pertinet et dignoscitur pertinere) qualibet die studeat celebrare, nobis supplicavit, ut nostrum consensum in premissis, tanquam dicte capelle patronus vellemus efficaciter adhibere. Nos cultus divinos pro nostris viribus augmentare cupientes et affectantes, premissa approbamus, ratificamus et in eisdem consentimus in hunc modum, quod ipse Garsilius ad opus sacerdotis unam missam qualibet die in dicta capella celebrantis in futurum 5. marcas aquen. pagamenti hereditarii census de domo sua sita inter fabros, solvendas annuatim libere dedit et assignavit, quolibet anno quamdiu dictus Garsilius vixerit, a dicto sacerdote levandas et recipiendas. Et post ipsius Garsilii obitum predictas 5. mr. de domo sua claustrali solvendas hereditarie dedit et assignauit, a dicto sacerdote recipiendas, jta tamen, quod ille, qui dictam suam domum claustralem inposterum habuerit, pro dictis 5. marcis, quas de dicta domo solvet claustrali, alias 5. mar. census hereditarii boni et pagabilis ad opus dicti sacerdotis, qui pro tempore fuerit, poterit legitime assignare. Et per hoc a solutione dictarum 5. marc. de dicta domo claustrali solvendarum liber erit et solutus. Est etiam ordinatum, quod predictus sacerdos seu capellanus missam suam et quasi frequenter missam pro defunctis, in mane ante horam celebrationis antiqui capellani dicte capelle et sine

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ipsius prejudicio vel impedimento aliquali submissa voce absque nota cantus, dicet et celebrabit.. Et id idem quod ipse infra missam a cristi fidelibus offeretur, habebit et sibi libere retinebit. nec quidquam juris in dedicationibus, questibus, predicationibus et aliis antiquis dicte capelle iuribus exigit neque sibi usurpabit, nec moram aliquam ante vel post suam missam faciet in dicta capella, denarios missales vel alia beneficia sibi impendi exspectando. sed ipse antiquus capellanus et sui successores, qui pro tempore fuerint, eandem capellam in omni suo jure antiquo habebunt et possidebunt, quemadmodnm eorum predecessores ipsam possederunt... dictus insuper Garsilius, quamdiu vixerit, sacerdotem idoneum habebit instituere ad celebrandum missam supradictam, et collatio eiusdem misse spectabit ad eundem. Post obitum vero dicti Garsilii, institutio dicti sacerdotis et jus patronatus dicte misse ad nos et decanos aquen., nostros successores, qui pro tempore fuerint, libere revertentur. Si uero, quod absit, nos vel nostri successores, decani aquen., qui pro tempore erunt, predictos reditus 5. mr. ad opus sacerdotis, ut est dictum, deputatos fraudulenter vel malitiose quoquomodo amovere vel subtrahere vellemus seu vellent in futurum, prefatam missam celebrandam facultate se offerente, alicui egeno presbijtero, absque reditibus predictis nude offerendo; tunc de dictis 5. mr. una marca Canonicis eccl. sti. Adalberti extra muros aquen., 1. mr. fraternitati sacerdotum sti. joannis evangeliste in ecclesia nostra aquen. predicta, 1. mr. conuentui monialium sti. joannis in Purcheto prope aquis, albis dominabus aquen. dimidia mr. ad faciendum anniversarium et commemorationem dicti Garsilii post ejus obitum annuatim. jt. domui sti. spiritus dimida mr., hospitali pauperum infra muros aquen. dimidia mr. et hospitali pauperum extra muros aquen. dimidia mr. cedent hereditarie in futurum. quibus pactis dispositis et ordi-natis de consensu etiam discreti viri dni. Godechalci, nunc dicte capelle sti. Nicolai veri capellani et expressa ipsius voluntate prefatus Garsilius sepedictam missam sic in dicta capella celebrandam et dotatam discreto viro Goswino dicto de celario, diacono nostro chorali contulit in nomine Patris et filii et spiritus sancti, et ipsum instituit et investiuit in eadem. — — — nec de cetero a dicto Garsilio vel a nobis seu nostris successoribus aliquis instituetur ad dicendam missam predictam nisi fuerit actu sacerdos. jn cujus rei testimonium et ad maiorem firmitatem premissorum, omnia et singula premissa per joannem dictum de platea Gaij nostrum clericum, publicum — — notarium — conscribi facimus eaque in publicam formam redigi et nostri sigilli appensione communiri. Actum aquis in domo Claustrali dni. Garsilii dictum de Trajecto nostri concanonici de consensu nostro, Garsilii et Godechalci capellani predictorum anno dni. 1304 jnd. 2da. mensis decembris die XXIII. presentibus dicto dno. Garsilio dicto de Trajecto Arnoldo et Godefrido fratribus canonicis ecclesie sti. Adalberti predicte et Anselmo capellano capelle sti. Martini in Parvisio aquensi testibus ad premissa vocatis et rogatis.

275.

Vniuersis ad quos presentes littere peruenerint Godefridus dei gratia decanus totumque capitulum ecclesie bte. Marie in aquis salutem in omnium saluatore. Noscat vestra dilectio, quod cum Religiosi viri prior et conuentus seu fratres monasterij in Hobusch, ord. ste. crucis de consensu voluntate et licentia fratris jacobi prioris generalis ord. prenominati pro se et eorum successoribus in perpetuum curtim et bona de Hobusch pro certo censu annuo cum consensu jnstantia peterent sibi dari et concedi. Nos super hoc deliberatione diligenti habita et utilitate nostra de ecclesie nostre considerata, predictam curtim et bona nostra de Hobusch cum omni jure, quod in eis habemus aut in hijs de jure debemus habere, ipsis Priori et fratribus de Hobusch et eorum successoribus, qui pro tempore fuerint jn censum pro quatuor marcis aquen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

denar. dedimus seu concessimus nobis et ecclesie nostre in festo bti. Andree apostoli annis singulis persoluendis. Et officiato ecclesie nostre nomine nostro sub dictorum prioris et fratrum ac suorum successorum periculo et expensis aquis infra emunitatem nostram similiter assignandis a qua solutione et assignatione predictos priorem et conuentum aut eorundem successores non potest casus aliquis excusare. Et idem Prior et conuentus seu fratres et eorum successores pro tempore existens omne onus quod ex parte dictorum bonorum jam inminet aut emergerit sustinendum aut forsitan faciendum in suis deponent laboribus et expensis, nec ad nos nec ad nostram ecclesiam recursurum, aut subleuamen super huiusmodi onere requirere poterunt nec habebunt, verum quia predictos priorem et conuentum seu fratres et eorum successores in hoc negotio sumus speciali fauore ac gratia prosecuti, dignum est, ut simili vicissitudine nos pertractent et dictum censum iuxta modum prehabitum nobis soluant. jn quo ne torpeant nec sint negligentes. Hijs adiecimus talem penam videlicet, ut si forte in festo bti. Andree apostoli nobis nonfuerit facta solutio dicti census, jta quod mora solutionis huiusmodi census in parte vel in toto usque ad festum purificationis gloriose virginis Marie, quod proximo sequetur, protrahatur, tunc predicti prior et conuentus seu fratres et eorum successores, qui pro tempore erunt, nullo eis excusationis beneficio suffragante ob omni jure, quod in dictis bonis quacumque et qualitercumque meliorati habent aut forsitan tunc haberent, caderent ipso facto, nullo eius jure penitus in bonis prehabitis remanente, jn quorum omnium testimonium atque robur presentibus litteris sub cijrographo conscriptis maius sigillum ecclesie nostre est appensum, petentes apponi illustrorum principum dnorum. johannis dei gratia Brabant. Lotharingie et Limburgen. ducis et Reijnaldi comitis Gelrensis ad huiusmodi rei certitudinem amplorem. Et nos frater jacobus prior prenotatus pro nobis et conuentu nostro in Hobusch prenominato hec rata et grata habentes et tenentes ea sic acta esse ad nostram et nostri ordinis petitionem et instantiam confitemur. Et ad eorundem fidelem obseruantiam nos et nostros successores imperpetuum presentibus obligamus, quibus sigillum nostrum appendimus in robur et testimonium super istis. preterea una cum predictis uiris venerabilibus.. Decano et capitulo ecclesie aquen. predicte petimus ut predicti dux et comes dignentur huic cijrographo appendere seu appendi facere sigilla sua. Et nos johannes dux et R. comes predicti ad instantiam dictarum partium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno dni. millesimo trecentesimo quinto feria secunda ante diuisionem apostolorum.

276.

Heinricus dei gratia Romanorum Rex semper augustus. Vniuersis sacri Romani jmperii fidelibus, presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Dum diuorum jmperatorum, et Regum Romanor. jllustrium, jnclite recordationis, antecessorum nostrorum gesta, pia mente revoluimus, ac interne considerationis oculis perspicimus diligenter. ut eorum iustis exemplis, nostra coaptemus vestigia, in voto gerimus, atque desiderio pleniori sperantes, quod ex eo, quod ecclesias et ecclesiasticas personas diuino cultui deputatas pleniori pre ceteris gracia confovemus. concessa nobis a supremo rege regente, et gubernante omnia, salus et gracia debeat ampliari. deuotarum igitur in cristo sanctimonialium monasterii in Porceto ciuitati nostre aquisgrani contermini. cijstere. ordin., quarum ordinem diuina emolacione prosequimur, votiuis supplicationibus inclinati, priuilegium clare recordationis friderici secundi Romanorum imperatoris cum omnibus libertatibus et graciis in ipso priuilegio contentis et per recolende memorie Rudolfum et Albertum Romanorum Reges predecessores nostros, postmodum confirmatum, sicut in ipsorum Rudolphi et Alberti, litteris continetur prout rite et prouide facte sunt, confirmamus, jnnouamus, approbamus. et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirma-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tionis, jnnouationis et approbationis infringere, vel eidem ausu temerario contraire. quod qui facere presumpserit, grauem nostre indignationis offensam se nouerit incursurum. jn cujus rei testimonium, presentes litteras fieri, et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Dat. colonie XVI. Kal. Februar. jnd. 7a. anno dni. millio. trecentesimo, nono, Regni uero nostri anno primo.

(Siegel in gelbem Wachs an roth-seidenen Fäden.)

277.

Nos Reijnaldus dnus. de Monijoije et de Valkenburg, prouisor et scultetus ciuitatis aquen. necnon et judices, scabini, consulatus, et ciuium magistratus, et vniuersi ciues Regalis sedis aquen., notum facimus publice protestando, quod nos concordati sumus et vniti speciali familiaritate ac amicicia, in hunc modum, videlicet, quod nos dnus. de Valkenburg predictus, racione officij Scultetatus aquen. ciuitati et ciuibus aquen. in omnibus prout rigor et ordo iuris dictauerit, tam in ciuitate aquen, quam extra, sentenciam scabinorum aquen. faciemus. Et preterea quicquid, occasione sentencie et iuris predicti, euenerit aut emerserit in hoc, ciuitati et ciuibus predictis, pro posse nostro assistemus consilio et auxilio et fauore. et ciuitatem et ciues in iure suo, in quantum sentencia scabinorum et ordo iuris dictauerit, custodiemus et promittimus defensare. Et si occasione sentencie et iuris predicti, aliqua guerra vel discordia suborta fuerit, illam discordiam, nos et ciuitas, si poterimus, debemus vnanimi sonsilio componere et sedare. Et hoc stabit in voluntate et arbitrio ciuitatis. Si vero non poterit huiusmodi discordia vel guerra suborta occasione sentencie et iuris sedari per viam amoris, extunc nos dnus. de Valkenburg assistemus. ciuitati et ciuibus aquen. et iuuabimus ipsos, pro posse nostro. jta tamen quod ciuitas et ciues vniuersi ministrabunt cuilibet militi armato nobiscum existenti qualibet die marcam, et cuilibet famulo armato dimidiam marcam. in subsidium expensarum, pagamenti communiter aquis pro tempore currentis. Et si occasione predictorum, in hominibus equis, aut rebus aliis quibuscumque, aliquod damnum receperimus incendium vel iacturam, aut civitas receperit aliquod damnum, hec nec nobis nec nostris hominibus, ipsa ciuitas tenebitur aliquatenus resarcire. et nos simili modo non tenemur hec ciuitati resarcire jt. captiuatos et alia bona, quos et que nostri homines ceperint et rapuerint, habebimus ad vsus nostros, et de hiis ordinabimus nostram voluntatem. Et simili modo ciuitas de suis captiuatis et aliis bonis raptis suam faciet voluntatem. Hoc excepto, quod quelibet parcium cum suis captiuatis, captiuos vtriusque partis redimere poterit et debebit. Dolo et fraude cessantibus hinc et inde. et pro predictis nobis obseruandis, nos ciuitas et ciues predicti persoluemus et tenemur persoluere dno. de Valkenburg predicto vel suis heredibus, infra hinc et carnispriuium proxime nunc futurum septingentas marcas, viginti solidis hallen. pro marca qualibet computandis vel equiualens pagamentum. Et preterea quolibet anno in festo bti. Remigii extunc sequente, nos ciuitas et ciues predicti tenemur persoluere, et soluemus dno. de Valkenburg predicto, vel suis heredibus, quinquaginta marcas viginti sold. hallen. vel pagamentum equebanum pro marca qualibet computandis. Et nos Reijnaldus dnus. de Valkenburg recognoscimus, quod ciuitas aquen. potest redimere et quitare predictas quinquaginta marcas cum quingentis marcis pagamenti supradicti. Et nos ciues aquen. vniuersi eligimus et acceptamus, quod si non persoluerimus predictas pecuniarum summas in terminis prenotatis, extunc dnus. de Valkenburg predictus pignora nostra sine nostra offensa capere poterit et tenere. jn cuius rei testimonium et facti ratificationem, nos dnus de Valkenburg predictus pro nobis et nostris heredibus, sigillum nostrum, nos quoque ciues aquen. vniuersi sigillum Regalis sedis aquen. duximus apponendum. Datum sabbato post diem bti. Martini hijemalis anno dni. millesimo trecentesimo decimo.

(Sigilla abrupta.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

278.

Vniuersis ad quos presentes littere peruenerint, nos Reijnaldus dnus. de Monijoije et de Valkenburg notum facimus confitentes, quod ciuitas et ciues aquen vniuersi redemerunt a nobis legitime et perfecte centum marcas annuorum reddituum, nobis debitas et competentes in festo sti. Remigii proximo nunc futuro pro mille marcis, illorum trium milium marcarum nobis debitorum in dicto festo sti. Remigii, cum pecunia numerata nobis tradita et persoluta viginti solidis hallen. pro marca qualibet, computatis, occasione reconciliacionis inter ipsos et nos ordinate. Et sic ciuitas et ciues aquen. vniuersi, amici nostri dilecti, non tenentur nobis plus quam duo milia marcarum vel ducentas marcas annuorum reddituum pro eisdem viginti solidis hallen. pro marca qualibet computandis in festo sti. Remigii, de illis tribus milibus marcarum conscriptis in litteris confectis super dicta reconciliacione. de quibus centum marcis annuorum reddituum a nobis legitime et perfecte redemptis, clamamus ciuitatem et ciues aquen. vniuersos et singulos, quitos, liberos et solutos. Et renunciauimus cum calamo pro nobis et pro nostris heredibus predictis centum marcis annuorum reddituum, ad opus et ad vsus ciuitatis et ciuium aquen. vniuersorum, dolo et fraude cessantibus in premissis. jn cuius rei testimonium atque fidem, dedimus ciuitati et ciuibus aquen. vniuersis pro nobis, et pro nostris heredibus, presentes litteras, sigillo nostro et sigillis.. collateralis nostre, et dnorum. Godefridi de pomerio, et Rijcaldi de Kenswilre, militum, communitas. Actum et Datum feria quinta post octauas ss. petri et pauli apostolorum. anno dni. millesimo trecentesimo vndecimo.

(De 4. Sigillis. 2m et 4m abrupta. 1m et 3m in cera flava, et dependent ex cordis sericis rubri coloris.)

279.

Reijnaldus dnus. de Monijoie et de Valkenburgh. dilectis suis amicis.. magistris ciuium.. ciuitatis aquen. salutem cum affectu.. vos rogamus instanter, quatinus dno. Gerardo de.. Bungarden nostro militi triginta marchas annui redditus pagamenti videlicet viginti solidos hallensium pro marcha qualibet computandis de ducentis marchis dicti pagamenti, in quibus nobis singulis annis in festo bti. Remigii obligamini tribuatis. ad decem annos immediate subsequentes, qui currere incipient anno dni. millesimo CCC. duodecimo in festo bti. Remigii. Nos vos de dictis triginta marchis infra decem annos quitamus et quitos clamamus. sed post dictorum decem annorum reuolutionem dicte triginta marche ad nos et ad nostros heredes libere vt prius reuertentur.. Datum sub sigillo nostro anno dni. M. CCC. vndecimo. jn crastino conuersionis sti. pauli apostoli.

(Sigil. in cera flaua ex caude membrani dependens.)

280.

Vniversis presentes litteras inspecturis Heinricus dei permissione Abbas totusque conventus ecclesie Belli reditus leodien. premonst. ordin. salutem in dno. cum noticia veritatis. Noveritis quod nos pro nobis et ecclesia nostra predicta religiosum virum fratrem.. Gerardum de Aquis nostrum concanonicum, nostrum verum et legitimum facimus, constituimus, et ordinamus procuratorem.. et nuncium specialem dantes et conferentes eidem nostro procuratori auctoritatem, potestatem et mandatum speciale vendendi, distrahendi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et alienandi pro suo libito voluntario vice et auctoritate nostris quibuscumque personis vniuersa et singula bona immobilia, que habemus, tenemus et possidemus in villa et francisia aquen. in censibus annuis et perpetuis in pecunia, et domibus necnon illa bona reportandi ad opus acquirentium in manibus curiarum, a quibus descendent et moventur, ac eadem bona werpiendi et effestucandi ac eis renunciandi expresse, nosque et ecclesiam nostram ac nostros successores de bonis predictis exheredandi, et quibuscumque personis de illis adheredari faciendi bene et legitime ad assignamentum curiarum, a quibus ipsa bona descendunt et moventur, et omnia alia et singula faciendi, que in talibus fuerint oportuna, et eciam si mandatum exigent speciale, et que faceremus et facere posserimus et deberemus, si presentes interessemus, ratum, gratum et firmum habentes et habituri perpetuo quicquid per dictum nostrum procuratorem actum fuerit pro nobis et ecclesia nostra predicta reportatum, werpetum, effestucatum, distractum, renunciatum seu eciam quomodolibet procuratum. jn cuius rei testes litteris presentibus sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno dni. M. CCC. XII. in vigillia festi ss. omnium.

281.

Vniuersis ad quos presentes littere peruenerint, nos Reijnaldus dnus. de Monijoije et de Valkenburg notum facimus confitentes, quod ciuitas et ciues aquen. vniuersi redemerunt a nobis legitime et perfecte quinquaginta marcas annuorum reddituum nobis debitas et competentes in festo sti. Remigii, marcam quamlibet annuorum reddituum cum decem marcis parate pecunie nobis tradite et persolute, viginti solidis hallen, pro marca qualibet computatis, de illis trecentis marcis annuorum reddituum, viginti sol. hallen., pro marca qualibet computandis, que nobis competebant occasione reconciliacionis, inter ipsos et nos ordinate, prout in litteris, super hac re confectis euidencius continetur. de quibus quinquaginta marcis annuorum reddituum, nobis legitime et perfecte redemptis, clamamus ciuitatem et ciues aquen. vniuersos et singulos, quitos, liberos et solutos. et renunciauimus cum calamo pro nobis, et pro nostris heredibus, predictis quinquaginta marcis annuorum reddituum, ad opus et ad vsus ciuitatis aquen. et ciuium vniuersorum. dolo et fraude cessantibus in premissis. jn cuius rei testimonium atque fidem dedimus ciuitati et ciuibus aquen. vniuersis, amicis nostris dilectis, pro nobis et pro nostris heredibus presentes litteras sigillo nostro, et sigillo collateralis nostre communitas. Actum et datum feria quinta post diem sti. Lamberti. anno dni. millesimo trecentesimo quinto decimo.

(Sigillum 1m abruptum. 2dum in cera flava. circumscriptio: s. Marie dne. de mont. de Valkenborg.)

282.

Vniuersis ad quos presentes littere peruenerint, nos Reijnaldus dnus. de Monijoe et de Valkenburg. Notum facimus confitentes, quod ciuitas et ciues aquen. vniuersi redimerunt a nobis legitime et perfecte trecentas marcas annuorum reddituum, nobis debitas et competentes in festo sti. Remigii. marcam quamlibet annu. reddit. predictorum cum decem marcis parate pecunie nobis tradite et persolute, viginti solidis hallen. pro marca qualibet computatis. de illis trecentis marcis annuor. reddituum, viginti solidis hallen. pro marca qualibet computatis, que nobis competebant, occasione reconciliacionis, inter ipsos et nos ordinate, prout in litteris super hac re confectis euidencius continetur, de quibus trecentis marcis annu. reddituum a nobis legitime et perfecte redemptis, clamamus ciuitatem et ciues aquen. vniuersos et singulos, quitos, liberos et absolutos, et renunciamus cum calamo pro nobis et pro heredibus nostris predictis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

trecentis mr. annuor. reddituum ad opus et ad vsus ciuitatis aquen. et ciuium vniuersorum, dolo et fraude cessantibus in premissis. jn cuius rei testimonium atque fidem dedimus ciuitati et ciuibus aquen. vniuersis amicis nostris dilectis pro nobis et pro nostris heredibus presentes litteras sigillo nostro et sigillo collateralis nostre necnon sigillis nobilis viri dni. Conradi dni. de Sleijda, et dni. Godefridi de pomerio militum, ex certa nostra sciencia communitas. Quod nos Conradus dnus. de Sleijda, et Godefridus de pomerio milites predicti protestamur esse verum. Actum et datum feria sexta proxima post octauas pentecostes. anno dni. M. CCC. decimo septimo.

(4 Siegel an roth-seidenen Korden in grünem-, das 3te aber in weisgelblichem Wachs, auf dessen Schildchem der jülische Löwe, Umschrift: s. conradi de sleda milit. Das 1ste Reutersiegel Umschrift: sigillum Renaldi domini de Monijoe et de Valkenborgh. 2s oval: s. Marie dne. de Monijoe et de Valkenborg.

283.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris nos Reijnaldus, dnus. de Monijoe et de Valkenburg, notum facimus et tenore presencium publice recognoscimus et protestamur, quod nos dedimus vendidimus et vendimus presentes iusto emptionis et vendicionis titulo, dilectis nobis Arnoldo, johanni, Henrico et Wilhelmo, Katherine, Bele et Lijse, fratribus et sororibus, pueris seu liberis, dilecti familiaris nostri, Arnoldi dicti Wijlde, scabini aquen. de prima eius vxore legitime procreatis et eorum legitimis heredibus, ducentas marcas annuorum reddituum perpetuorum et hereditariorum colligendas, leuandas et recipiendas in locis et temporibus infrascriptis, videlicet de ciuibus et ciuitate aquen. singulis annis in magna dedicacione aquen. centum marcas, et deinde in festo bti. Remigij episcopi subsequente, quinquaginta marcas, aquen. pagamenti viginti solidis hallen. pro marca qualibet computatis, secundum omnes conditiones et penas quemadmodum nos illos redditus ibidem habemus et sicut in litteris super hoc confectis plenius continetur. jt. et quinquaginta marcas dicti pagamenti colligendas leuandas et recipiendas de omnibus redditibus et prouentibus nostris nobis competentibus, et quos non alienabimus nec distrahemus, nec alicui alteri obligabimus, apud Herle in villa ibidem singulis annis a magno carnispriuio, hec est a dominica, qua cantatur. esto michi de mense in mensem et de tempore in tempus prout ipsi redditus cadunt cottidie usque ad festum bti. Remigij episcopi proxime subsequens, singulis annis, jta quod tunc facta sit totalis solutio quinquaginta marcarum reddituum predictorum, pro certa pecunie summa, videlicet pro mille marcis et quinquaginta marcis predicti pagamenti nobis ab eisdem pueris seu liberis ipsius Arnoldi scabini aquen. traditis, numeratis, deliberatis, assignatis et bene persolutis ac in vsus nostros conuersis tali condicione et pacto interueniente, quod nos et nostri heredes quamcumque possimus et volimus et nobis placet poterimus et debemus, easdem ducendas marcas reddituum predictorum reemere erga predictos, pueros seu liberos vel eorum heredes seu successores eorundem in redditibus eisdem pro mille marcis et quinquaginta marcis pagamenti supradicti, et hec non poterit nec debet perannare. cum autem hec nobis placuerit et facere voluerimus, hoc erit et facere debemus, infra quindenam proximam, post magnam dedicacionem aquen. predictam alioquin si ultra quindenam ipsam exspectauerimus et tunc ipsas ducentas marcas reemere voluerimus, extunc easdem ducentas marcas cum principali pecunie summa supradicta, ac si cecidissent, trademus, bona fide integraliter et sine aliqua diminucione, pueris seu liberis et eorum heredibus supradictis, aliqua contradictione non obstante, dolo et fraude penitus exclusis in premissis, ad maiorem vero securitatem solucionis quinquaginta marcarum reddituum predictorum apud Herle colligen-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

darum et recipiendarum ut predicitur damus et constituimus eisdam pueris seu liberis et eorum heredibus seu successoribus vniuersis in redditibus eisdem, et qui presentes litteras habuerint, pro nobis et pro nostris heredibus et successoribus vniuersis, fideiussores, honestos viros, Hermannum de Eijnenberg, johannem de Hergenroth, Wilhelmum de Kaldenburne, Arnoldum dictum Moijrgijn de Herle armigeros, Reijnardum dictum Münt, Reijnardum dictum Hoijn, Henricum dictum Chorus et johannem dictum Hijllenshagen ciues aquen. qui se pro nobis et nostris heredibus insolidum obligantes fide prestita corporali promiserunt, quod si prefati pueri seu liberi et heredes eorundem defectum aliquem paciantur seu sustinuerint in dictis quinquaginta marcis reddituum apud Herle aut aliquod dampnum euidens et rationabile, extunc ipsi fideiussores moniti ex parte dictorum puerorum seu liberorum et heredum eorundem per eorum certum nuncium jntrabunt aquis infra ciuitatem in honesta hospitia ad iacendum ibidem ad commestus bonorum more fideiussorum, jnde non recessuri, donec prefatis pueris seu eorum heredibus de dictis quinquaginta marcis, seu eorum defectu, cum dampnis que exinde sustinuerint fuerit integraliter satisfactum, que dampna ipsi pueri et eorum heredes seu successores, sub juramento suo probabunt ad noticiam et ad bonam veritatem. Quibus eciam fideiussoribus prefati pueri seu liberi vel eorum heredes seu successores non tenebuntur neque tenentur conquerere hospicium, hospitem vel expensas, et si aliquis fideiussorum predictorum personaliter iacere non poterit ad commestus supradictos pro se ponere potest et debet vnum famulum cum vno equo qui suppleat vices suas ad commestus eosdem, et ciues aquen. fideiussores nostri predicti jacebunt sicut hoc est aquis consuetum. si vero medio tempore et ante reempcionem predictorum reddituum et solucionem integram premissorum ut predicitur, aliquem fideiussorum predictorum mori vel abesse contigerit, quod absit nos extunc moniti infra quindenam proxime sequentem, eque jdoneum fideiussorem in locum defuncti siue decedentis tenebimur et debemus bona fide et nos et heredes siue successores nostri fideliter subrogare, alioquin si non fecerimus, extunc fideiussores superstites moniti ut supra intrabunt ad iacendum ut prius tamdiu donec eque jdoneus fideiussor in locum defuncti fuerit subrogatus, promittentes dictos nostros fideiussores, quoscunque et eorum quemlibet in premissis releuare et indempnes penitus conseruare, Renunciantes eciam quo ad premissa tam pro nobis quam pro nostris heredibus et successoribus vniuersis quam pro nostris fideiussoribus in premissis omnibus et singulis excepcionibus utriusque juris et facti tam canonici quam ciuilis excepcioni doli mali ac fori pecunie non numerate non tradite non solute et priuilegijs et libertatibus quibuscumque beneficio restitutionis in integrum, epte. diui Adriani et specialiter excepcioni decreti generalem renunciacionem non valere, omnique juris et facti auxilio et defensionibus quibuscumque, que nobis aut heredibus nostris seu successoribus aut eciam fideiussoribus, in premissis possent aut deberent quomodolibet suffragari aut prodesse dictisque pueris seu liberis et eorum heredibus obesse vel nocere. jn quorum omnium testimonium fidem atque robur dedimus prenominatis pueris seu liberis et eorum heredibus seu successoribus vniuersis tam pro nobis quam pro nostris heredibus et successoribus vniuersis quam eciam pro nostris fideiussoribus in premissis, presentes litteras sigillo nostro ac sigillo dne. Marie, collateralis nostre perdialissime fideliter communitas. Et nos fideiussores prenominati omnes et singuli confitentes et recognoscentes omnia et singula premissa, prout superius sunt expressa vera esse et nos ad ea fideiussisse et esse firmiter obligatos, secundum omnes conditiones et formas prenotatas, vtimur et contenti sumus sigillis hijs litteris appensis quibus nos astringimus et obligamus ad obseruanciam omnium premissorum. Datum et actum anno dni. M. CCC. decimo septimo. jn crastino bte. Lucie virginis et martiris.

(2 Siegel in gelbem Wachs an roth-seidenen Schnüren.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

284.

J. n. s. e. i. t. Heinricus dei gracia Romanor. Rex semper Augustus. Regalem decet sublimitatem, paci et quieti omnium intendere, et sua vnicuique jura in statu solido conseruare, vnde sicut equitas iusticie et Regni auctoritas nos ammonent quieti et tranquillitati fidelium nostrorum et iusticie, toto nisu volumus prouidere, Et quoniam Aquisgranum ubi primo Romanor. Reges initiantur et coronantur. Omnes prouincias, et ciuitates post Romam, dignitatis prerogatiua precellit, congruum et racionabile est, vt exemplo domini et sancti Karoli aliorumque predecessorum nostrorum jmperatorum et Regum, eundem locum, et omnes inhabitantes Regalis defensionis et nostre clemencie Priuilegijs, libertatis, et bonarum consuetudinum confirmacione. quasi muro et turribus muniamus. Verum quoniam ab humana facilius elabuntur memoria, que nec scriptis nec testibus eternantur. Sciant vniuersi presentes et posteri, quod nos fidelium nostrorum ciuium Aquen. precibus annuentes, omnem justiciam, et libertatem, quam gloriosus predecessor noster Karolus magnus Romanor. jmperator Augustus eis pre ceteris dedit et omnia, que diui Augusti Romanor. jmperatores, Fridericus et Heinricus alijque predecessores nostri, contulerunt eis, confirmamus et lege imperpetuum valitura prout rite indulta et concessa noscuntur et prouide roboramus. Scilicet vt non solum clerici et laijci huius loci indigene sed et omnes jncole et aduene hic inhabitare uolentes, presentes et futuri sub tuta et libera lege ab omni seruili condicione liberi viam gerant, omnes pariter ex auis et attauis ad hanc sedem pertinentes licet alibi moram facientes, ab hac lege, a nullo successore nostro, nec ab aliquo machinatore, legumque subuersore infringantur. Nunquam de manu Regis, vel jmperatoris alicui persone nobili, vel ignobili in beneficium tradantur. Nec ipsa ciuitas, nec aliquid ei attinens alicui hominum valeat occupari. Suas eciam negociaciones per omne Romanum jmperium, ab omni exactione thelonei, pedagij, carradie, vectigalis, seu quocumque nomine vocetur liberi, et absque omni impedimento, libere exerceant, sicut fecerunt, temporibus antecessorum nostrorum. Nullus eciam judex a nobis vel ab aliquo successore nostro, Aquis constitutus nostra vel sua auctoritate, vel alicuius successoris nostri, Regis vel jmperatoris, talliam, vel precariam, in predictos ciues Aquen. faciat, nec eos ad aliquid dandum Regi, vel jmperatori compellat, nisi quantum ipsi de sua bona voluerint facere voluntate. jniustam eciam, et illicitam consuetudinem, per quam judices quandoque solebant a venditoribus panis et ceruisie indebitum accipere in grauamen tocius ciuitatis penitus amouemus. Renouamus eciam eis et confirmamus, vt nullus prenotatos ciues nostros aquen. ad aliquod seruicium vltra progredi compellat, quam vt ipso die, quo clara luce, de domibus suis exierint, cum splendore solis redire possint. jnhibemus eciam ne aliquis judex Aquen. a nobis, vel ab aliquo successore nostro, constitutus in grauamen alicuius ciuis procedat, nisi prout ei dictauerit iusta sentencia scabinorum, vt in nullo predictorum fidelium nostrorum libertas aliquatenus mutiletur. Pro sincera eciam dilectione, quam ad ipsos nostri predecessores habuisse noscuntur, et vtique nos habemus, ipsorum supplicationibus fauorabiliter inclinati, presens priuilegium, de Regalis preeminencie gracia, eis duximus indulgendum. Statuentes nichilominus, et Regali sanxcientes edicto, ut nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nulla denique persona, alta vel humilis, ecclesiastica vel mundana, vniuersitatem predictam, contra presentis priuilegii nostri tenorem, ausu temerario, inquietare, molestare, seu perturbare presumat, quod qui presumpserit indignationem nostri culminis, se nouerit incursurum, et centum libras auri optimi pro pena compositurum, medietate scilicet camere nostre, et reliqua medietate passis iniuriam applicanda. jtem statuimus, et sanxcimus, vt memorati ciues Aquen. inter se de bonis suis colligere valeant, vnde se et ciuitatem nostram Aquen. muniant, ad honorem jmperii et profectum. Et hoc faciendum, vel obmittendum, eorum relinquimus arbitrio, pront ipsis nostro honori magnificencie Regali, et eorum necessitati videbitur expedire. Et quicquid sic de bonis suis, inter se, aut alio quoquo modo collegerint, vel de communibus prouentibus ciuitatis prouenerit, nunquam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliquid in nostros, aut alicuius successoris nostri vsus, seu cuiuslibet alterius hominis, conuerti volumus seu locari, sed eorum municionibus, alijsque communibus necessitatibus, et agendis ipsius ciuitatis totaliter deputamus. Damus quoque auctoritatem nostris fidelibus supradictis, vt inter se constituciones necessarias et vtiles constituere valeant, et eas dum voluerint reuocare. Huius rei hij sunt testes, viri venerabiles, Petrus maguntinen. Heinricus colonien., et Baldewinus Treveren. Archiepiscopi, Theobaldus Leodien., johannes Argentinen., et Emercho Wormacien. Ecclesiarum Episcopi. Reijnnardus jnden. et Egijdius Wizzemburgen. Abbates, Rudolfus comes palatinus Reni, dux Bawarie. Woldemarus marchio Brandemburgen. et johannes dux Brabancie, dilecti Principes nostri, et Nobiles viri Robertus Flandren., Gerardus juliacen, johannes et Sijmon frater eius de Spanheim, Georgius Veldencie, Ludowicus de Rinec, Georgius jrsutus, et Fridericus siluester, comites fideles nostri dilecti, et quam plures alij fidedigni. Vt autem hec omnia premissa robur obtineant perpetue firmitatis, presens Priuilegium exinde conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Actum et Datum colonie. XI. Kl. Febr. jndictione septima. anno dni. millo. trecentesimo. nono. Regni vero nostri anno primo.

Kaiserl. Siegel an einer von roth-, grün- und gelb-seidenen Fäden geflochtenen Korde.

285.

Nos Henricus dei gracia ste. colonien. ecclesie archiepiscopus sacri jmperij per italiam archicancellarius, et johannes eadem gracia Lothar. Braban. et Lijmburgen. dux mediatores seu ordinatores composicionis infrascripte. vniuersis presencia visuris et audituris notum facimus, quod super discordia mota inter nobiles viros Gerardum comitem juliacen. et Reijnaldum dnum. de Valkenburg ex vna parte et.. ciues aquen. ex altera super eo quod dicti ciues eosdem nobiles jn iuribus suis videlicet officiorum aduocacie et villicacionis aquen. que in ipsa ciuitate aquen. hactenus habuerunt impedire et alias composicionem inter ipsum comitem et dictos ciues de morte pie memorie Wilhelmi quondam patris ipsius comitis violasse dicebantur iuxta ordinacionem coram serenissimo dno. nostro dno. Henrico Romanor. Rege de hijs conceptam et nobis ab eodem perficiendam commissam bono pacis pro utriusque partis comodo et concordia intendentes, habito super hoc fidedignorum consilio pro eadem discordia sedanda et componenda ipsis partibus in hoc nobis consencientibus et in nos compromittentibus. jn primis dicimus et ordinamus, quod dicti ciues aquen. pro bono pacis, dabunt comiti juliacen predicto decem millia marcarum videlicet viginti solidis hallenen. pro marca qualibet computandis. Quarum quinque millia marcar. dabunt in festo pasche proximo nunc venturo, pro residuis quinque milibus marcar. dabunt et persoluent in festo natalis dni. extunc subsequente quingentas marcas eiusdem pagamenti. et sic deinceps quolibet anno in eodem festo nativ. dni. tantumdem quousque ipsos redditus quingentarum marcarum redimerentur pro quinque milibus marcarum pagamenti iam predicti. jtem dicimus quod presbijteris iuxta antiquam composicionem de morte prefati comitis olim factam pro quatuor altaribus pro anima patris dicti comitis institutis, ciues aquenses dabunt tale pagamentum annuatim quale in litteris prefate composicionis antique est conscriptum et ipsam composicionem seruabunt in antea in omnibus et singulis suis articulis et suberius conscriptis in eisdem. jtem dicimus et ordinamus, quod dicti ciues aquen similiter pro bono pacis dabunt prefato dno. de Valkenburg ab instanti festo bti. Remigij ad annum vnum trecentas marcas prefati pagamenti et tantumdem ex tunc quolibet anno in eodem festo. quousque ab eodem dno. de Valkenburch redimantur pro tribus milibus marcarum pagamenti predicti. jtem dicimus quod dicti ciues aquen. cum mille marcis eiusdem pagamenti centum marcas redditus redimere dum voluerint poterunt ab eisdem comite et Reijnaldo de reditibus antedictis. jtem dicimus et ordinamus, quod comes et dnus. de Valkenburch predicti aduocatum et villicum, quilibet eorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

prout sibi incumbit extunc pro tempore ponere quemcumque voluerint, poterunt in ciuitate aquen sicut ante hanc discordiam motam facere consueuerunt, nec in hoc ipsi ciues aquen. eos debent aliquatenus impedire. jtem dicimus quod prefati ciues aquen. dabunt pro emenda in proximo festo pasche amicis monachorum, et illorum qui in combustione monasterij sti. cornelij jinden, per ciues aquen. hijs diebus perpetrata interierunt mille mr. prefati pagamenti diuidendas inter amicos monachorum et defunctorum ibidem. et per hoc ipsi ciues erunt et esse debent quiti ab omni inpeticione amicorum presencium et futurorum defunctorum eorundem et pro consumacione huius. Nos dux comes et dnus. de Valkenburch predicti collegimus et colligimus certam diem videlicet feriam secundam proximam post instans festum bti. Remigij in villa dicta Lijnde apud Wijden, qua die conuenerint amici defunctorum eorundem inpeticioni huiusmodi renunciantes, oruedam facient debitam et consuetam, ac cauebunt de inpeticione de mortuis in antea non facienda pro se et suis posteris in futurum, et in eodem loco vniuersitas ciuitatis aquen. iurabit composicionem in hac littera conscriptam obseruare, fraude et dolo in hoc exclusis. jtem quia ciues aquen. exierant hijs diebus armatu manu et monasterium et claustrum sti. Cornelij jnden. incendio destruxerunt. jn quo incendio monachi et alij quidam conbusti sunt, et ornamenta monasterij ac alia bona ibidem conbusta et ablata sunt. attinencia abbati et conuentui monasterii supradicti, qui de guerra predicta facere non habebant ob reuerenciam dei et sanctorum suorum et ut dictis abbati et conuentui dampna sua restaurentur dicimus et ordinamus, quod tam pro dicti monasterii et claustri reedificacione quam refusione dampnorum propter conbustionem eandem in ornamentis et rebus aliis abbati et conuentui predictis illatorum prefati ciues aquen. in proximo festo pasche predicto et deinde quolibet anno in eodem festo, absque annorum deteriacione dabunt et persoluent quingenta marcas pagamenti supradicti, sub hac forma, quod dicta pecunia per dictos ciues tradetur singulis annis ad vsus abbatis et conuentus predictorum eisdem. sic quod autem huiusmodi tradicionem decanus bte. Marie aquen. et commendator in cersdorp pro tempore existentes prouideant, quod dicta pecunia eis mediantibus et procurantibus, in quo fidem eorum preelegimus et extunc preeligimus, et hoc eorum fidei committimus per presentes non ad vsus alios quam ad reedificacionem seu reparacionem monasterii et claustri predictorum ac refusione dampnorum, ut predicitur inibi illatorum integraliter conuertatur absque omni fraude, sine dolo, vt autem premissa absque dissencione fiant in futurum dicimus, quod si inter abbatem et conuentum ex vna parte et ciues aquen. predictos ex altera vtrum plus vel minus edificari debeat quam monasterium et claustrum in ea bonitate in qua ante hanc conbustionem fuerunt reedificari volumus, questio oriretur. stabitur in hoc dicendo decani et commendatoris predictorum, qui si in hoc discordarent recurretur ad diffinicionem et ordinacionem in hoc casu dni. nostri Romanor. Regis, vel Regis pro tempore existentis si autem super dampnis aliis predictis questio oriretur. Abbati et conuentu dicentibus, se plus amisisse, ciuibus aquen. hoc negantibus dicimus, quod nos archiepiscopus tamquam loci diocesanus, quia prefatus dnus. noster Rex hoc nobis commisit, inquisita veritate dictorum dampnorum iuxta estimacionem bonorum monasterii abbatis et conuentus que ipsorum propria fuerunt, ea debebimus et poterimus, nos vel archiepiscopus pro tempore existens declarare, et in hoc utraque pars nostre seu nostri successoris diffinicioni stabit et parebit. dicimus eciam quod si qua ornamenta vtensilia oues seu bona alia abbati et conventui predictis ablata adhuc existant in dictorum ciuium potestate seu per eos inueniri et recuperari poterunt absque fraude, quod dicti ciues ante omnia ea restituent et restitui efficerent abbati et conuentui memoratis. jtem dicimus quod Arnoldus Coirnud et Arnoldus parnus ceterique ciues aquen., qui ciuitatem aquen. exierant ob hanc guerram absoluti et quitati de emenda ad cuius solucionem per judicium seu alio modo condempnati fuerant, redibunt ibidem sicut antea pacifice permansuri. super hijs eciam, que johannes de Kele in ciuitate aquen. durante guerra de reditibus seu bonis comitis et Reijnaldi predictorum et illorum, qui ob hanc guerram ciuitatem aquen. exierant sustulisse et fecisse dinoscitur, non debent grauari vel inpeti dicti ciues. jtem dicimus, quod cap-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tum ex vtraque parte siue detenti siue excrediti fuerint, debent esse quiti, et quecumque pecunia pro eis promissa est et adhuc non soluta, erit et esse debet quita, et interfecti in hac guerra hinc inde non vindicabuntur, et dampna illata in eadem guerra vsque in hodiernum diem qualitercumque et quibuscumque inter partes sunt et esse debent quita cum animo pro eis aliqua parcium, aliam inpetere poterit vel debebit. jtem dicimus, quod ex vtraque parte quilibet redibit ad ius, et bona sua, et si que sunt arrastata vel occupata de bonis parcium vtrarumque, dimittentur quita absque fraude. jtem dicimus quod ciues aquen. exacciones seu assisias inter se ponere potuerint et libertatibus ipsis ab imperatoribus et Regibus Roman concessis gaudebunt et in eisdem remanebunt sicut hactenus consueuerunt. jtem pro futuris discordiis precauendis dicimus, quod siquis extunc de nouo inter prefatos comitem et Reijnoldum et ciues aquen. aut aliquas personas singulares discordie, quod absit, emergerit, hoc vna pars alteri vel singularis persona singulari prout hec euenerit, et prout delicti qualitas requisierit emendabit secundum quod in talibus antiquitus est consuetum nec per talia dicetur vel erit composicio huiusmodi violata et per hec omnia que vsque in hodiernum diem inter prefatas partes sunt suborta sunt et esse debent sedata plenarie et sopita, et pro interfectis renunciatum est, et orueda fiet debita et consueta. quod autem premissa composicio et ordinacio rata et inconuulsa permaneat perpetuo et perduret. precipimus partibus hinc inde videlicet comiti et dno. de Valkenburg predictis sub fide eorum, ciuibus vero sub pena antique composicionis et quod si redditus predictos ad terminos deputatos comiti, dno. de Valkenburg abbati et conuentui predictis sub forma prenotata non persoluerint, quod idem comes et dnus de Valkenburch absque supradicti dni. nostri Regis, nostra et ciuitatis aquen. offensa, pignora dictorum ciuium capere potuerint, quousque de reditibus predictis pro tunc deficientibus per eosdem fuerit satisfactum: teneant firmiter et obseruent. Et nos archiepiscopus absque eorundem dnorum et ciuium aquen. offensa id idem facere poterimus pro abbate et conuentu supradictis, jn cuius testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Et nos Gerardus comes iuliacen et Reijnoldus dnus. de Valkenburch predicti recognoscimus premissa per reuerendum in cristo patrem et dnum. nostrum dnum. Henricum colonien archiepiscopum ac spectabilem virum dnum johannem ducem brabancie, in quos de premissis compromisimus et compromittimus de nostro bonumplacito et consensu sic acta esse, promittimus per fidem nostram corporalem, dictis ciuibus pro nobis et nostris adiutoribus et amicis presentibus et futuris inuiolabiliter obseruare, sigilla nostra in horum euidenciam hiis litteris apponentes. Nos eciam magistri ciuium et vniuersitas ciuitatis aquen. protestamur nos similiter consentisse et consentire per presentes in hanc ordinacionem et pronunciacionem per reuerendum in cristo patrem et dnum. Henricum colonien. archiepiscopum predictum, et dnum. johannem ducem brabancie quatinus nos contingerit. factam promittimus bona fide eam inuiolabiliter obseruare in suis omnibus et singulis articulis supradictis, penas supradictas nobis si contra premissa, quod absit veniremus superius impositas et enarratas contra nos tenore presencium de bona nostra voluntate et certa sciencia eligentes. Pro horum firmitate indelebili et perseuerancia presentes litteras sigillo ciuitatis aquen. eisdem appensa sigillando. Actum et datum inter Carpenam et villam dictam vijne in nemore. anno dni. millesimo trecentesimo decimo in vigilia bti. Michaelis archangeli.

(Von den 4 Siegeln, die 2 letztern abgerissen, die 2 erstern sehr beschädigt.)

286.

J. n. s. c. i. t. Lodowicus dei gracia Roman. Rex semper augustus. Regalem decet sublimitatem paci et quieti omnium intendere, et sua vnicuique iura in statu solido conseruare. Vnde sicut equitas iusticie, et Regni auctoritas nos anmonent, quieti et tranquillitati fidelium nostrorum et iusticie, toto nisu volumus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

prouidere. Et quoniam Aquisgranum vbi primo Romanor. Reges iniciantur, et coronantur, omnes prouincias et ciuitates, post Romam, dignitatis et honoris prerogatiua precellit, congruum et rationabile est vt exemplo domni et sancti Karoli aliorumque predecessorum nostrorum jmperatorum et Regum, eundem locum et omnes inhabitantes, Regalis defensionis et nostre clemencie priuilegiis libertatis et bonarum consuetudinum confirmacione, quasi muro et turribus, muniamus. Verum quoniam ab humana facilius elabuntur memoria, que nec scripto nec testibus eternantur. Sciant vniuersi presentes et posteri, quod nos, fidelium nostrorum ciuium aquen. precibus annuentes, omnem iusticiam et libertatem, quam gloriosus predecessor noster Karolus magnus Romanor. augustus, eis pre ceteris dedit, et omnia que diui augusti Romanor. jmperatores Fridericus et Heinricus, aliique predecessores nostri contulerunt eis confirmamus et lege inperpetuum valitura roboramus, scilicet, ut non solum clerici et laici huius loci indigene, sed et omnes incole et aduene hic inhabitare volentes, presentes et futuri sub tuta et libera lege, ab omni seruili condicione liberi vitam agant. ac omnes pariter ex auis et attauis ad hanc sedem pertinentes, licet alibi moram facientes, ab hac lege a nullo successore nostro, nec ab aliquo machinatore legumque subuersore infringantur. Nunquam de manu Regis vel jmperatoris, alicui persone nobili et ignobili, in beneficium tradantur, Nec ipsa ciuitas, nec aliquid ei attinens, alicui hominum valeat occupari. Suas eciam negociaciones per omne Romanum jmperium, ab omni exactione thelonei, pedagii, carradie, vectigalis, seu quocunque nomine vocetur, liberi et absque omni impedimento, libere exerceant, sicut fecerunt temporibus antecessorum nostrorum. Nullus eciam judex a nobis vel ab aliquo successore nostro, aquis constitutus, nostra vel sua auctoritate vel alicuius successoris nostri, Regis vel jmperatoris, talliam vel precariam, in predictos ciues aquen. faciat, nec eos, ad aliquid dandum Regi vel imperatori, compellat, nisi quantum ipsi de sua bona voluerint facere voluntate. jniustam eciam et illicitam consuetudinem, per quam judices quandoque solebant, a venditoribus panis et cerevisie, indebitum accipere in grauamen tocius ciuitatis, penitus amouemus. Renouamus eciam eis et confirmamus de dono gracie specialis, quod ciues aquen. vniuersi et singuli non teneantur inposterum exire ciuitatem aquen. armata manu, qualitercunque acciderit in futurum, sed quod ipsi permaneant in ciuitate aquen. ad custodiendum ciuitatem et Regalem sedem aquen. ab insultibus emulorum, ad honorem jmperii et perfectum jnhibemus eciam ne aliquis judex aquis aut alibi constitutus, in accione duelli procedat, aliquem ciuem aquen. ad campum prouocando, neque in aliquod aliud grauamen alicuius ciuis aquen. procedat, nisi prout ei dictauerit iusta sentencia scabinorum aquen. et qui in contrarium quidquam fecerit hoc ipso iure sit irritum et inane. vt in nullo ciuium aquen. libertas aliquatenus mutiletur. Et quoniam pagamentum frequenter innouatur in terris dominorum circumquaque. ex cuius innouacione, graue dispendium superuenit ciuitati aquen. damus ciuibus aquen. auctoritatem et plenariam potestatem statuendi pagamentum in suo consilio aquen., ad honorem jmperii, et ad perfectum ciuitatis aquen. sed quia ciuitas aquen. est oppressa graui onere debitorum, damus ciuibus aquen. auctoritatem et plenariam potestatem dandi in emphijtheosim, hoc est iure hereditario communitatem ciuitatis aquen. secundum quod eis videbitur expedire, siue sit illa pecia communitatis que dicitur sapullia, *siue* s t alia communitas ciuitatis. Et cuicumque vel quibuscunque datur, illa communitas ciuitatis in iure hereditario, pro utilitate ciuitatis aquen. facienda, illi vel illis, sit hec res vtilis atque firma. Et si aliquis Romanorum Rex dedit aliquas litteras in contrarium propter inportunitatem petencium, has litteras reuocamus specialiter, et eas nullam habere volumus roboris firmitatem pro honore jmperii, et profectu ciuitatis aquen. Et quicquid exinde prouenerit, hoc ad communes vsus ciuitatis aquen., totaliter deputamus. jtem quia Lumbardi, commorantes in ciuitate aquen., concedunt pecuniam super pignora, damus ciuibus aquen auctoritatem et plenariam potestatem statuendi super ipsos Lumbardos proporcionaliter vigilias, et custodias, et communes municiones ciuitatis aquen. vt ipsi Lumbardi proporcionaliter portent commune onus ciuita-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tis sicut ciues aquen. faciunt eorum vicini, ad honorem jmperij, et ad profectum ciuitatis aquen jnhibemus eciam ne aliquis officiatus in ciuitate aquen. constitutus exeat ciuitatem aquen. armata manu in adiutorium alicuius domini, de qua re posset euenire dispendium vel grauamen ciuitati aquen. et quicumque fecerit in contrarium ille maneat extra ciuitatem aquen., donec discordia in melius reformetur. Pro sincera quoque dilecione, quam ad ipsos ciues aquen, nostri predecessores habuisse noscuntur, et vtique nos habemus, ipsorum supplicacionibus fauorabiliter inclinati, presens priuilegium, de Regalis preminencie gracia, eis duximus indulgendum. Statuentes nichilominus et Regali sanxcientes edicto vt nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nulla denique persona, alta vel humilis ecclesiastica vel mundana, vniuersitatem predictam, contra presentis priuilegii nostri tenorem, ausu temerario inquietare, molestare seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit, indignacionem nostri culminis se nouerit incursurum. et centum libras auri optimi pro pena, compositurum. medietate scilicet camere nostre et reliqua medietate passis iniuriam, applicanda. jtem statuimus et sanxcimus, vt memorati ciues aquen., inter se de bonis suis, colligere valeant. Vnde se et ciuitatem nostram aquen. muniant, ad honorem jmperii et profectum. Et hoc faciendum vel obmittendum, eorum relinquimus arbitrio, prout ipsis, nostro honori magnificencie Regali, et eorum necessitati, videbitur expedire. Et quidquid sic de bonis suis inter se, aut alio quoquomodo, collegerint, vel de communibus prouentibus ciuitatis peruenerit, nunquam aliquid in nostros, aut alicuius successoris nostri usus seu cuiuslibet alterius hominis, conuerti volumus seu locari. sed eorum municionibus, aliisque communibus necessitatibus et agendis ipsius ciuitatis, totaliter deputamus. Damus quoque auctoritatem nostris fidelibus supradictis ciuibus aquen. ut inter se constitutiones necessarias et vtiles constituere valeant, et eas dum voluerint, reuocare. Huius rei hij sunt testes venerabiles, Petrus maguntinen. et Balduwinus Treueren. archiepiscopi. dilecti principes nostri, Gerardus comes juliacen., Adolphus comes de monte, Arnoldus comes de Los, johannes comes de Sphainheim, Georius comes irsutus, Heinricus comes de werten, Vlricus Lantgrauius alsacie, et Heinricus comes de Rijnec, dilecti fideles nostri, et quamplures alij fidedigni. ut autem hec omnia robur obtineant perpetue firmitatis, presens priuilegium exinde conscribi, et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Actum et datum Aquisgrani in sollempnitate coronacionis nostre, anno domini millo. trecentesimo decimo quarto.

(Siegel an aus roth-, gelb- und grün- seidenen geflochtenen Fäden.)

287.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris. Nos Reijmarus dei gracia abbas, Wernerus decanus, totusque conuentus monasterii sti. Cornelij jnden. ord. sti. benedicti, colonien. dijoc. notum facimus et tenore presencium publice recognoscimus et protestamur, nos recepisse, et nobis bonum esse persolutum, de ducentis marcis aquen. pagamenti, ab honestis viris, Arnoldo dicto de porta regis et johanne dicto Bücschart, magistris ciuium aquen., nomine ciuium et ciuitatis aquen. jn quibus dicti ciues et ciuitas nobis tenebantur pro vltimo termino anni secundi, in aduincula petri et sic de duobus annis plenarie iam dicti ciues et ciuitas satisfecerunt, de vltima reconsiliacione et composicione inter nos hinc et inde habita, quemadmodum in litteris super hoc confectis plenius continetur, de quibus ducentis marcis, eosdem ciues et ciuitatem aquen. quitos clamamus liberos et absolutos. harum testimonio litterarum, sigillis ecclesie nostre munitarum. Datum anno dni. M. CCC. decimo nono, in aduincula petri.

(2 Siegel in grünem Wachs an Pergament-Streifen.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

288.

Reijmarus d. gra., abbas. Conradus decanus totusque conuentus monasterii sti. Cornelii inden. colon. dijoc. vniuersis presentes litteras inspecturis. salutem et subscriptorum cognoscere veritatem. Noueritis nos a magistris ciuium ciuitatis aquen. et nomine aquen. ciuitatis, videlicet ab Arnoldo dicto de porta regis, et johanne dicto Büccharth, viris discretis et honestis ducentas marcas aquen. pagamenti. recepisse. de secundo termino quarti anni scilicet in festo pasche, in quibus nobis tunc soluere tenebantur. et sic nobis de omnibus terminis premissis, quibus debitis, plenarie fuerat satisfactum per eosdem, vsque in diem hodiernum prout in litteris super hoc confectis plenius continetur. a quibus debitis dictos magistros ciuium et ciuitatem aquen. clamamus esse quitos et nobis satisfecisse de hijs, per presentes publice profitemur. jn cuius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum anno dni. millesimo trecentesimo vicesimo primo. proximo die bti. seruatii.

2 Siegel in grünem Wachs an Pergament-Streifen.

289.

Vniuersis presentem paginam inspecturis et audituris nos judices.. Scabini magistri opidanorum et consules vniuersi opidi Düren. Notum facimus publice protestando, quod nos prepensantes in hac parte utilitate et commodo nostri opidi predicti, concessimus et concedimus honorabilibus viris dnis. canonicis bte. Marie aquen. spacium quoddam nostre communitatis dictum vulgariter Wal situm prope curiam dnorum. predictorum apud murum nostrum Düren. ibidem extendens se a domo predictorum dnorum. dicta Zeijndehuijs versus portam Philippi ad longitudinem curie dnorum. sepedictorum. jta quod ipsi dni. canonici dictum spacium obstruere possint, quando ipsis videbitur expedire hoc adiecto, quod ipsi dictam communitatem ipsis hereditarie concessam integram et incorruptam sicut tempore concessionis fuerat firmiter conseruabunt, nec a quoquam permutatur corrumpi vel destrui spacium supradictum. Si vero nos ex parte opidi nostri predicti necessitatem vel indigentiam habuerimus rationabilem seu evidentem extunc dicti dni. canonici spacium nostre communitatis predictum aperire debebunt sicut fuerat tempore concessionis apertum. ut sine aliquo impedimento vel obstaculo homines valeant pertransire fraude et dolo cessantibus in premissis. jn premissorum omnium testimonium atque fidem nos judices, scabini, magistri opidanorum et consules predicti, ne quemquam ex dicta concessione taliter facta dubitare contingat, presentem paginam ipsis dnis. canonicis supradictis Regali sigillo opidi nostri Düren. predicti dedimus firmiter communitum. Actum et datum anno dni. M. CCC. XXI. quarta decima mensis marcij.

290.

J. n. dni. amen. Vniuersis presentes litteras inspecturis, johannes dei gratia Lotharing. Braban. et Lijmburgen. Dux, noticiam veritatis cum salute. Vniuersitati vestre cupimus esse notum, quod cum aliquamdiu materia esset exorta questionis inter dilectos nobis ciues et ciuitatem aquen. ex vna parte, et homines ville de Walhaijren et aliarum villarum eidem attinentes et ad prepositurum aquen. spectantes ex altera parte super nemore seu comitate, ciuitates aquen. eidem adiacenti et ad ipsam ciuitatem et ciues aquen. pertinente, et de hoc ipsis ciuibus nobis tanquam aduocato superiori multipliciter conquerentibus, quod ab hominibus dictarum uillarum super huius nemore comitate et juribus eiusdem, ipsis essent damna grauia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et jniurie irrogata et cottidie per eosdem homines inferrentur, quodque ijdem ciues haberent potestatem de antiqua et approbata consuetudine et pleno jure eligendi forestarios jn concilio suo aquen. quibus per eosdem ciues esset attribnta potestas, dictum nemus, et comitatem custodiendi et defendendi, et quidquid dicti ciues in consilio suo ducerent statuendum, ponendum seu disponendum sub quacumque pena, de nemore seu comitate predicta et inviolabiliter obseruandum hoc ipsis ciues per nuncios suos seu forestarios suos juratos, ipsis hominibus ville de Walharen et aliarum villarum adiacentium apud Walharen denunciare seu mandare deberent sub certis penis integre et inuiolabiliter obseruandum. parte altera dictarum villarum contrarium affirmante. Sane nos paci concordie pariter et quieti intendentes, vnumquemque in suo jure illesum conseruare cupientes ex incumbentis officii nostri debito inquisitionem huius negocij ad noticiam et ad bonam veritatem nobilibus viris fidelibus nostris delectis, dnis. Arnoldo de Djst seneschalco nostro terre Lijmburgen. et johanni Raijtzhoijuen dno. de Zellre militibus duximus fideliter et precise committendum. jta quod ipsi procederent ad noticiam et ad bonam veritatem in premissis. qui milites huius negocij commissionem in se recipientes et virtute eiusdem per jnquisicionem debitam et facti euidenciam procedentes jnuenerunt ad noticiam et ad bonam veritatem per testes jdoneos et fidedignos et per probationes legitimas, necnon per cartas seu priuilegia dicte ciuitatis aquen. bullatas bullis aureis et sigillis sigillatas plurimorum jmperatorum et Regum Romanorum prout prima facie apparebant aliasque probationes luce clariores quemadmodum ipsi milites et commissarii nostri predicti tam in scriptis quam eciam viua voce nobis retulerunt et ad nostram noticiam deduxerunt. sic quod dicti ciues et ciuitas aquen. in premissis omnino jus habent et habuerunt a tempore cuius memoria non existit et de ipso nemore seu comitate sua ponere et disponere seu statuere possint et debeant prout quando et quociens ipsis secundum communem vtilitatem visum fuerit expedire et quod de hoc homines dictarum villarum debeant esse contenti et penis certis per ipsos ciues adiectis subiacere, contradictione qualibet non obstante. Vnde nos huius negocio sic comperto ad noticiam et ad bonam veritatem ipsos ciues et ciuitatem aquen. in dictis nemore seu comitate et jure suo conseruare volentes tueri et defendi vobis vniuersis et singulis.. officiatis nostris terre Lijmburgen. qui pro tempore fuerint sub obtentu gracie nostre firmiter percipiendo mandamus quatinus prefatos ciues et ciuitatem aquen. jn premissis juribus suis, nemore seu comitate quemadmodum superius est declaratum, conseruetis, quos et nos conseruamus et conseruari volumus per presentes. non permittentes eisdem ciuibus seu alicui eorum a quoquam machinatore seu subuersore premissorum aliquam jniuriam, dampnum aut grauamen aliquatenus irrogari. contradictores et rebelles seu contrarium facientes per vim et potenciam auctoritate nostra reprimentes sic quod de cetero coram nobis non fiat mencio de premissis et quod aliis similia perpetrantibus cedat in exemplum. saluo nobis jure nostro in omnibus et singulis, nemore et comitate predictis. jn quorum omnium testimonium, fidem atque robur sigillum nostrum ex certa nostra sciencia et de consilio fidelium et consiliariorum nostrorum presentibus litteris est appensum bona fide omni dolo et fraude penitus exclusis in premissis Datum Bruxelle anno dni. M CCC. vicesimo primo. jn crastino octauarum omnium sanctorum.

Reuter-Siegel in gelbem Wachs. Umschrift: johannes dei gra. ducis . . . brabancie et Limburg.

291.

Wir Richter ind Scheffen des könnentlichsstoils van Aichen der namen herna beschreven steit, dœn kunt allen lüden mit diesen brieve, ind kennen offenbar, want Gortard Scharpstilt natürlich son wilent des proist van sent ailbert overmitz Richter ind Scheffen des Konnentlichsstoils van Aichen upge-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dragen ind gegeven hait johanne van Breijdenich eligen sone Heijmans van Breijdenich eijnen besiegelden brieff mit des capitels siegel van s. Ailbert inhaldende 60. gülden, die der vürs. johan in sijnen ürber solde ingenomen, darumb johan van Breijdenich im Gerichte des Konnentlichs stoels van Aichen aengesprochen ind heisschend was herrn johanne Pistoris canonich sent Ailbert as momber des capittels vürs. 70. schwoire Gülden, der he as van herrn johanne gerichte ind antwerde gesagt, darup herr johan as momber vürs. antwert ind sprach mit sijnen gebeden Vürsprecher, dat he dem selven johanne up die vürs. sijne aensprache ind heisschungen niet inbekante ind bergede dat vür sijne unscholt ind eijdt zu doin as rechte solde sijn, dat he schuldich wert zu doin ind sij up beiden sijden wairin deiden na aensprache ind antwert, so wart gewijst mit ordel, dat der vürs. hr. johan sijnen eidt ind unscholt doin soilde up den dach van den witzligen richter voigtgedingt, so wie dat gelegen were, ind want up datum dis brieffs der dach was van den witzligen richter voitgedinge nä poischen ind der gen. hr. pistoris as momber im gerichte komen is, ind sijnen eidt ind unscholt doin wold as he sich des beklert hait, ind johan van Breijdenich niet komen in is, des hr. johan arbert ind gewart hait bis an andren daegs zijt ind bis overdaige zijt ind onser hrn. der scheffen upstoin ind eweich gain, üser deme gerichte ind der vürs. johan as van gerichtswegen eijn werff, ander werff, drede werff zu gerichte vierde werff geruiffen wart, dat hij dort queme, ind ontfinge sijnen eijdt, ind johan niet mitkomen in is, ind as de hr. johan pistoris manen deide. so ward gewijst mit ordel na allen ingangen sachen vürs. ind johan niet komen in is dat hr. johan as momber as van sijns capittels wegen der anspraichen losz ind quit sal sijn, ind dat de besiegelde brieff as van den 60. gülden egeijne moige noch maicht niet hauen in sal, sonder argelist in Urkunde der woirheit, so haint Wichelm van Lintzenich Richter, Coin van den Eichhorn, Statz van Segerode, Mathijs Dorezant, Gerart Beissel van Heisterbach, Lambert Bückt ind Peter van den Bückt Scheffen des konnentlichs stoils van Aichen umb beeden willen hr. johans pistoris onse siegeln aen diesen brieff gehangen, Gegeuen im joir ons heirren in dusent dreehundert ind eijn ind zwentzig des vierzenden daigs in den moijndt aprille.

(9 Siegel in grünem Wachs an Pergament-Streifen.)

292.

Notum sit omnibus cristi fidelibus, ad quos presens peruenerit jnstrumentum, quod Aleidis filia Lamberti Galli bone memorie, relicta Tilmanni senis, et Philippus eius filius clericus, compotes mencium, corporum et rerum suarum, dum ipsa et ille hoc bene ac de jure facere potuerunt, vendentes propter hoc ante Villicum, scabinos et alios cives aquen. fidedignos, quorum nomina subsecuntur, recognouerunt pariter cum sua bona voluntate, quod venerabiles viri dnus.. decanus et capitulum ecclesie ste. Marie aquen. habent in domo sita in platea, porchetensi sicut ipsa iacet et de iure debet iacere in longo et in lato, ante et retro, in qua morabatur Mechtildis bone memorie, que fuit soror Aleidis prenominate, tres denar. et tres mr. et dimidiam marcam census fundi, eisdem dno. decano et capitulo singulis annis hereditarie persoluendi. Acta sunt hec in presencia et sub testimonio dni. Arnoldi militis qui dicitur cleijnarmunt villici aquen. dni. Gerardi Anelant militis et scabini, johannis filij ijvelonis, Gerardi de Lugene, Arnoldi de Lennege et Arnoldi de Monte, qui scabini sunt aquen Et ad maiorem predictorum certitudinem testes sunt adhibiti, qui dicuntur aquis vulgariter Dengmanni ex vtraque parte rogati, quorum nomina sunt hec cristianus de porta regis, Willelmus de Lennege, Gerardus de monte, Yuelo filius Yuelonis, johannes filius mareije, johannes filius Willelmi de Lennege et quamplures alij ciues aquen. fidedigni. jn cuius rei testimonium atque fidem petiuerunt dnus. decanus et capitulum ecclesie ste. Marie aquen per suum vicecellarium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ex vna parte et Aleidis prenominata et filius eius Philippus ex altera presens jnstrumentum conscribi et sigillo Regalis sedis aquen. feliciter communiri. Actum et datum prope capellam sti. Nicholai feria 2da post epijphaniam dni. anno eiusdem millesimo trecentesimo vndecimo.

(Stadtsiegel in weissem Wachs an rothseidener Korde.)

293.

Nos johannes dei gracia Dux Loth. Brabant. et Lijmburg mandamus vobis Receptori nostro Lijmburgensi id utique volentes quatinus omnes ciues aquen. per totam terram nostram Limburgen. et ubique et precipue apud Galopiam et Traiectum vna cum eorum bonis et rebus ac merchimoniis vniuersis et singulis absque thelonio exigendo uel recipiendo de cetero ab eisdem quitos et absolutos ire redire et transire pacifice permittatis. Et hoc in quantum nos diligitis nullatenus omittatis. Datum bruxellis sub sigillo nostro in crastino bti. Bartholomei apostoli. Anno dni. millesimo trecentesimo vicesimo primo.

Siegel in gelbem Wachs an einem Pergament-Streifen.

294.

Vniuersis — frater Gerardus de Runtheil ord. teuthon. commendator domus de Seijrstorp fr. Thilmannus plebanus ecclesie, fr. johannes de Heinzberg sacerdos. fr. Wolframus de melenheim. fr. Reinerus de milen. fr. Egidius de Entvelt. fr. johannes de Eynenberg. fr Arnoldus de neuvenrode et fr. Gerardus de Bernighen salutem. noveritis uniuersi, quod nos maxima necessitate compulsi propter tempestates grandines et pestilentias communes matura deliberatione prehabita licentia et voluntate magistri generalis, curiam nostram sitam in Aldenhouen integraliter cum septuaginta septem jurnalibus terre arabilis allodii, de quibus triginta octo jurnalia non soluunt decimam dicte ville de Aldenhouen, circum iacentibus paulo plus vel minus vendidimus fratri Gerardo de Los prouinciali balie de junccis nostre predicte professionis, quodlibet jurnale pro quatuor marcis cum dimidia colon. pagamenti, qui dictus frater Gerardus dictam curiam cum dictis septuaginta septem jurnalibus affectauit seu ordinauit ad unam capellam sitam in aquis et ad usus ordinis perpetuo permansuram. Preterea promittimus et nos et nostros successores obligamus, quod omnia jura, que dicta curia et terra debet seu debuerit siue fuerint feodalia siue censualia vel quocumque nomine censeantur siue soluant bladum siue pecuniam domus de Seijrstorp predicta integraliter et sine contradictione soluet dictumque prouincialem et suos successores seu illos qui aquis dictam capellam possidebunt liberos et indempnes in dicta hereditate perpetuo obseruent omni dolo malo et fraude semper abjectis penitus et exclusis. jn cujus rei sigillum — appensum. Datum anno dni. M CCC. vicesimo secundo. in vigilia sijmonis et jude.

295.

Vniuersis presentes litteras visuris. nos judex et scabini Regalis sedis aquen infrascripti notum facimus et tenore presentium publice recognoscimus et protestamur, quod cum decanus et capitulum ecclesie s. Adalberti defectum haberet per annum et amplius sui annui perpetui et hereditarii census, qui eis solvi consuevit singulis annis de bonis Volmeri scriptoris dni. de Kuijc sitis prope ecclesiam s. Adalberti predictam. accessit Ricolphus custos porte exterioris platee s. Adalberti aquen. procurator et mamburinus dictorum decani et capituli quoad hoc constitutus ad judicium aquen. et postulato advocato petiit sibi consuli, qualiter ipse census retroactos siue retardatos dictorum decani et capituli posset recuperare. Nos vero

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

scabini infra nominati deliberatione prehabita respondimus, quod ipse Ricolphus illum diem debet facere protestari et se nomine dictorum decani et capituli de ipsis bonis intromittere, et eisdem impendere necessarias reparationes per illum annum, quod si forte medio tempore nemo veniret, qui de jure posset aut deberet se de dictis bonis intromittere vel ipsis decano et capitulo reddere census suos retardatos, extunc anno revoluto ipse Ricolphus nomine decani et capituli predictorum ad dicta bona deduci deberet, et etiam adheredari, ac demum anno revoluto, cum nemo venisset, qui de jure potuisset ac debuisset se dictis bonis intromisisse, ut est predictum, ipse Ricolphus reversus fuit ad judicium aquen. et per ipsum judicium sententia nostra illud dictante ad dicta bona legitime est deductus et etiam adheredatus nomine decani et capituli predictorum exceptis tamen quatuor domibus sive mansionibus sitis ibidem, que quondam fuerunt dicti uladem, ad quas mansiones Gobelinus dictus de Kuchusen et civis aquen. per judicium aquen. legitime est deductus et adheredatus, ita quod nemo natus aut nasciturus in patria vel extra patriam existens ipsa bona cum omnibus suis attinentiis et pertinentiis universis a dicto Ricolpho seu decano et capitulo predictis evincere poterit seu redimere quoquomodo, salvo tamen per omnia jure dnorum. fundi et census bonorum predictorum. jn cuius rei testimonium nos Cono de Moijreke locum judicis tenens, Arnoldus dictus Puns villicus et advocatus aquen. Gerardus de Lugene milites, Arnoldus de Eijnge, Conradus de Punt, Wilhelmus dictus Vuezellere, juello dictus Selgere, Arnoldus dictus juels, Ricolphus de Roderburg, et Alexander de Punt scabini Regalis sedis aquen. predicte sigilla nostra ad petitiones dictorum decani et capituli necnon Ricolphi predicti presentibus litteris jussimus fideliter apponenda. Datum et actum feria 2a proxima post placitum generalis advocatie, quod fuit post festum pentecostes anno dni. 1322.

(Appendebant 9 sigilla ex caudis pergamenis in cera viridi impressa.)

296.

Notum sit vniuersis tam presentibus quam futuris ad quos presentes litteras contigerit pervenire, quod constitutus propter hoc coram.. judice et.. scabinis Regalis sedis aquen. ac dingmannis infrascriptis johannes dictus de Herle civis aquen. pro se ex vna parte, et honestus vir dnus. Arnoldus dictus de Dijrtmüende presbijter, vicarius.. Regis Romanor. in ecclesia Bte. M. aquen., pro se ex altera parte, idem johannes vendidit et supportavit cum calamo iusto emptionis et venditionis titulo prefato dno. Arnoldo et suis heredibus domum suam cum area sitam in platea ste. Aldegundis infra portam sti. Adalberti prope domum dictam Hamersteijn, cum omnibus suis attinentijs vniversis prout ipsa domus jacet ibidem ante et retro, subtus et supra in alto et fundo, dextrorsum et sinistrorsum, et quicquid juris in eadem habuit seu visus fuit habere pro certa pecunie summa, de qua dictus johannes recognovit sibi integraliter esse satisfactum et bene persolutum. Et exuens se idem johannes possessione domus et aree predictarum et quicquid juris in eisdem habuit seu visus fuit habere, prefatum dnum. Arnoldum et suos heredes protinus investivit de eisdem domui et aree ad opus et ad vsus dni. Arnoldi et suorum heredum predictorum Promittens insuper idem johannes prefatum dnum. Arnoldum et suos heredes de dictis domo et area warandizare per annum et diem secundum jus et consuetudinem civitatis aquen. et ad hoc faciendum seu ad maiorem securitatem huiusmodi warandizationis prefatus johannes dedit, posuit, et constituit dnot Arnoldo predicto fideiussorem ijdoneum virum et discretum Reijnardum dictum Münt civem aquen., qui ipsam fideiussionem in se recepit sub obligatione omnium bonorum suorum tam mobilium quam immobilium sive hereditariorum, et eo modo vt est predictum. Quibus pactis statim presens fuit ibidem jngeramus de Sürse armiger, qui dictam domum et aream lucratus fuit in judicio aquen. juste et rite per sententiam.. scabinorum pro quibusdam debitis,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in quibus sibi prefatus johannes tenebatur, et fuit obligatus ad noticiam et bonam veritatem, et renunciavit dicte domui et aree cum omnibus juribus suis et quicquid juris in eisdem habuit seu visus fuit habere, similiter ad opus et ad usus dni. Arnoldi et heredum suorum predictorum, et hoc monstrante sentencia.. Scabinorum Regalis sedis aquen. quod hoc ipsi dno. Arnoldo et suis heredibus vtile esse debet atque firmum. Acta sunt hec in presentia et sub testimonio Willelmi de Sürse locum judicis tenentis et cui dnus. Arnoldus dictus Paruus miles, villicus et aduocatus aquen. commisit vices suas, dnorum. Arnoldi, dicti Parui villici et advocati predicti, Gerardi de Lugene militum, Arnoldi de Linge, conradi de Punt, Werneri dicti Aijnlant, Willelmi dicti Kutzellere, jvellonis dicti Seijlgere, Godefridi dicti Hoijn, Arnoldi dicti juels,.. johannis dicti de Lewenberg et Heinrici dicti de Herle scabinorum Regalis sedis aquen. cum quibus interfuerunt dingmanni probi et fide digni, videlicet jvello dictus juels filius quondam johannis juellonis. Reijnardus Hoijn. johannes dictus Hoijn. Renardus dictus Münt predictus. Goeswinus. Martinus johannes dictus de Trajecto. Arnoldus et Heinricus fratres de Wildenberg, Sijmon de Corvo et Godefridus dictus Vinkeldeij sartor, cives aquen. et alij quam plures probi et fide digni testes et Dingmanni a partibus predictis hinc et inde ad premissa vocati specialiter et rogati jn quorum omnium testimonium fidem atque robur petiverunt partes predicte hinc et inde presentes litteras conscribi et sigillo Regalis sedis aquen. fideliter communiri, et lata est sentencia.. scabinorum predictorum consensu ad id accedente, quod quia premissa vera sunt, et eciam presens littera merito dari debeat super eo. Datum anno dni. M. CCC. XXII. in octava assumptionis bte. M. Virginis gloriose.

Stadt-Siegel.

297.

Arnoldus dei gra. abbas. johannes decanus, totusque conuentus monasterij sti. Cornelij ijnden. vniuersis ad quos presentes littere peruenerint salutem. et subscriptorum cognoscere veritatem. Noueritis, nos recepisse a viris honorabilibus Martino de Punth et Theoderico de Strijthagen magistris ciuium nomine ciuitatis aquen. de septimo anno secundi termini scilicet in festo pasche nunc preterito, centum triginta tres marc. et quatuor solid. aquen. pagamenti, in quibus nobis soluere tenebantur. de ultima composicione seu reconciliacione inter nos hinc inde habita, secundum quod in litteris super hoc confectis plenius continetur. vnde et ipsos quitos clamamus. Et nobis ab ipsis usque in hodiernum diem satisfactum esse protestamur. jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno dni. millesimo trecentesimo vicesimo quarto. feria quinta post festum pasche.

(2 Siegel im weissen Wachs, an Pergament-Streifen.)

298.

Omnibus presentes litteras inspecturis Bertrandus miseratione divina archiepiscopus Ebredunen. et audiencie litterarum contradictarum dni. Pape auditor, salutem in dno. Noveritis quod dum Herbertus Herberti de Aquis grani presbiter leod. dioc. pro se ipso in Romana curia per audienciam publicam quasdam litteras apostolicas executorias super duabus sententijs in eadem curia per auditores sacri palatij apostolici in causa, que ventilabatur in dicta curia inter venerabiles viros dnos. decanum et capitulum ecclesie bte. M. de aquis grani dicte leod. dioc. ex parte una et dictum Herbertum super canonicatu et prebenda predicte ecclesie de Aquis et eorum occasione ex parte altera, satis faceret impetrari, easdem litteras magister jo-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hannes de Neivenheijm dictorum Decani et capituli in dicta curia procurator, et procuratorio nomine eorundem, in eadem audiencia impedivit et detinuit impeditas, asserens tandem, quod cum nondum nisi due sententie contra predictos decanum et capitulum essent late, volebat ipsas litteras ad palacium apostolicum de dicta audiencia, ut moris, facere revocari. Nos autem Herberto compacientes predicto, apud prefatum magistrum johannem institimus, quod litteras huiusmodi absolverat, nec eas ulterius impediret. Qui litteras ipsas liberaliter, ad instantiam nostram, absolvit, nosque eas incontinenti habuimus pro absolutis. deinde vero dictus Herbertus in nostra presentia constitutus factam sibi ad nostri instanciam, ut predicitur, per dictum magistrum johannem graciam recognoscens, non coactus nec inductus, sed sua spontanea voluntate omnibus et singulis expensis per eum in causa predicta factis ac fructibus perceptis, et qui durante causa huiusmodi percipi potuerunt ex prebenda jam dicta per decanum et capitulum iam dictos, in quibus ipsi decanus et capitulum per dictos auditores eidem Herberto extiterant finaliter condempnati et expresse, sponte ac libere renunciavit in judicio coram nobis, dictumque johannem de Nijvenheijm procuratorio nomine quo supra absolvit ab expensis et fructibus supradictis, quam renunciationem demum valere voluit et omnia et singula supradicta, cum per decanum et capitulum supradictos receptus fuerit secundum consuetudinem ecclesie aquen. predicte in canonicum et in fratrem et possessionem pacificam prebende eiusdem aquen ecclesie fuerit assecutus. jn cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et audiencie contradictarum sigillo muniri. Datum Avinione XV. Kl. junij, pontificatus dni. johannis pape XXII. anno nono, anno vero dni. millesimo CCC. vicesimo quinto.

299.

Nos Gerardus comes juliacen. notum facimus vniuersis quod cum sapientes viri, judices. scabini. consulatus, ciuium magistratus. ceterique ciues Regalis sedis aquen. ad preces nostras apud nostros Lombardos mercatores, aquis commorantes se obligauerint in penam usque ad quinque milia marcarum pagamenti aquen. in vna parte, et in alia in penam de quinquaginta libris grossorum turonen. antiquorum sub forma et conditionibus, que in litteris. quas dicti mercatores habent sigillatas sigillo ciuitatis aquen. lucide continentur. nos promittimus sine omni dolo si dictis mercatoribus vel alteri eorum infra muros aquen. de nostra filiorum officiatorum vel amicorum nostrorum quorumcumque violencia siue culpa aliquid illatum fuerit molestie, quod absit, vnde ciuitas et ciues aquen. vexaciones dampna habeant vel expensas quod nos ipsos ciues et ciuitatem aquen. ab huiusmodi dampnis, vexacionibus expensis, et interesse tenemur et debemus indempnes et quitos penitus releuare, ad quod faciendum. Nos omnes nostros reditus. omnem nostram jurisdictionem et omnia nostra jura. quos quam uel que in ciuitate aquen. obtinere dinoscimus obligamus. Et ut magis sit cautum ciuitati et ciuibus aquen. Et super illa singulari pena quinquaginta librorum grossorum que est citra antiquas conditiones quas Lumbardi mercatores aquis habere consueuerunt, constituimus eisdem pro hac singulari pena tantum ac eius dampnis et interesse fideiussores et quemlibet insolidum, viros strenuos et honestos videlicet Rabodonem de Rode, jacobum dictum de Bungarden, Wernerum dictum van me Rode juniorem, Raijszonem dictum Maschereil, johannem Scultetum de Eschwilre et Godefridum dictum Schelart milites. qui pro nobis se obligantes promiserunt ciuitati et ciuibus aquen. jn hunc modum. si ex nostra filiorum officiatorum uel amicorum nostrorum quorumcunque prout littera supra continet violencia siue culpa, ipsa ciuitas vel ciues aquen. sustinuerint, vexaciones, dampna uel expensas, quod ijdem fideiussores nostri moniti, ex parte ciuitatis et ciuium aquen. intrabunt aquis ad jacendum, ad commestus tamquam boni obedientes fideiussores suis propriis expensis, in uno honesto hospicio, quod ex parte ciuium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et ciuitatis aquen. eis fuerit demonstratum. vel quilibet eorum ponere poterit unum famulum, cum vno equo ad jacendum sui loco expensis fideiussoris et non ciustatis aquen. quam jacenciam et quos commestus, dicti fideiussores, uel illi quos pro se et sui loco ad jacendum posuerint sine licencia ciuitatis aquen. non dimittent nisi prius ciuitas et ciues aquen. sint per nos indempnes et quiti sub forma prescripta releuati. et possunt et debent ciuitas et ciues aquen. recuperare in omnibus nostris reditibus omni nostra jurisdictione et omnibus juribus nostris, quos quam uel que in ciuitate aquen. habemus. quousque eos et ciuitatem aquen. bona fide releuaverimus sub forma et conditionibus antedictis, ceterum si quod absit, aliquem fideiussorum nostrorum predictorum annis dictorum mercatorum durantibus decedere contigerit uel abesse debemus infra quindenam post monitionem ciuitatis et ciuium aquen. in locum defuncti uel absentis fideiussorem alium constituere equebonum, alioquin ceteri fideiussores nostri superstites ad monitionem ciuitatis et ciuium aquen. jacebunt ad commestus aquis sub forma priori. quousque alium fideiussorem reposuerimus equebonum, promittentes bona fide quod nos debemus uel is ex nostris filijs qui post nos scultetus aquen. fuerit fideiussores nostros hic positos, vel in futurum ponendos a predicta fideiussione ac eius interesse indempnes et liberos conseruare dolo et fraude exclusis in premissis omnibus nunc et semper. jn cuius rei testimonium et firmam obseruanciam dedimus et damus has presentes litteras, sigillo nostro et sigillis nostrorum filiorum Wilhelmi et Godefridi militum necnon predictorum fideiussorum nostrorum firmiter communitas. Et nos Wilhelmus et Godefridus de juliaco fratres predicti omnia et singula predicta sicut jacent laudantes et approbantes tamquam nobis placita et nos omnes et singuli predicti fideiussores recognoscentes omnia et singula predicta esse vera. et nos ad eorum omnium obseruantiam quemadmodum littere presentes continent obligatos duximus sigilla nostra vna cum sigillis dnorum. comitis juliacen. et suorum predictorum filiorum eisdem presentibus litteris apponenda ex nostsa certa-scientia et libera voluntate. Datum et actum ipso die assumptionis bte. Marie virginis anno domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto.

(8 Siegel in gelbem Wachs an Pergament-Streifen. Das 9te abgefallen.)

300.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris nos Gobelinus dictus Caucbeckere de Bettendorp et Megtildis nostra coniunx una cum pueris suis legitimis meisque filiabus notum facimus et publice tenore presentium recognoscimus et protestamur, quod nos manu coniuncta et cum prehabita deliberatione omnium amicorum nostrorum et consensu proximorum puerorum predictorum, jutte et Katerine filiabus Megtildis predicte vendidimus et vendimus per presentes iusto emptionis et venditionis tijtulo perpetue et hereditarie strenuo viro Heinrico de Stocheem et suis legitimis heredibus redditus annuos perpetuos et hereditarios 4 mr. pagamenti colon. 3. hallensibus pro 2. denariis computatis et 4 caponum ipsi militi et suis heredibus singulis annis in dominica post festum bti. Remigii persoluendos et in Bettendorp nostris laboribus, timore et expensis presentandos pro certa pecunie summa videlicet pro 40 marc. dicti pagamenti, de quibus idem miles nobis integraliter satisfecit et bene persoluit. et ad maiorem securitatem huiusmodi solutionis reddituum annuorum predictorum faciende eidem militi et suis heredibus obligamus et impignauimus cum calamo tijtuli pignoris et ijpothece, 8. jurnalia terre arabilis sita inter Bettendorp et Sleijden prout ibidem jacent, et ad nos pertinere dinoscuntur, que quedam terra possidetur et habetur a discreto viro Winrico de Bettendorp et a suis pueris in censu, quam terram predictam allodotauimus et appropriauimus cum consensu et voluntate Winrici predicti et Arnoldi sui filii primogeniti et aliorum suorum puerorum tali conditione et pacto interueniente, quod si nos prenominati venditores vel nostri antecessores in solutione

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dictorum redditiuum annuorum aliquo anno termino vel modo predictis fuerimus negligentes nec remissi in parte vel in toto extunc dnus. Henricus miles predictus vel sui heredes se de dicta terra nostra eis obligata tanquam de suis propriis rebus et bonis intromittere poterit, poterunt et debebunt et cum eis facere suam liberam voluntatem tali etiam conditione et pacto interueniente, quod nos prenominati venditores dictos redditus annuos reemere bone possumus et debemus, si nobis visum fuerit expedire a dato presencium litterarum infra 4. annos continuos currere incipientes, et immediate subsequentes cum 40. mr. dicti pagamenti et cum redditibus integris unius anni, vel quolibet anno unam marcam et unum caponem cum 11. mr. et 1. capone si dictis 4. annis elapsis et finitis post datum litterarum presencium sic dicti redditus steterint insoluti. tunc predictos redditus annuos 4. marc. et totidem caponum reemere non valemus nec possumus contradictione qualibet non obstante. sic erunt hereditas ipsa dicti militis et suorum heredum predictorum, et perpetue et hereditarie erunt et sunt devoluti dicti redditus ad dictum militem, et ad suos heredes specialiter et de plano absque aliqua spe a nobis seu a nostris successoribus reemendi aut etiam redimendum. eligimus insuper sponte et libere, quod si sigillum hijs litteris appensum ruptum vel fractum esset vel non apparet prout de jure deberet, quod propter hoc he littere non essent minoris vigoris et quod Winricus predictus pueros habet, qui ad etatem senilem et decernatam adhuc non peruenerunt, si aliquis defectus in aliquibus premissorum fuerit predicto militi vel suis heredibus ex parte predictorum puerorum Winrici predicti obligamus et constituimus nos prenominati Gobelinus cum ceteris prenominatis Winricum de Bettendorf armigerum predictum et Willelmum dictum den Ghevoetden insolidos una nobiscum constituimus fideiussores. et nos fideiussores prenominati scilicet Winricus et Willelmus, si super hec moniti fuerimus intrare bonum hospicium ac honestum nobis per dictum militem in Aldenhoven demonstratum ad commestus more bonorum et honorabilium fideiussorum, inde non recessuri donec predicto militi vel suis heredibus plene sit satisfactum vel quilibet vnum famulum cum equo mittere potest hoc idem facientem. si nos adesse non possemus nec vellemus.. jn quorum omnium testimonium fidem atque robur nos Winricus prenominatus sigillum nostrum ad rogatum Gobelini, Megtildis et puerorum predictorum venditorum presentibus duximus apponendum. Et nos Willelmus de Aelsdorp dictus der Ghevoetden fideiussor 2dus et Bernardus de Bettendorp, johannes de Erbosch de Bettendorp, johannes filius leonis patruus puerorum predictorum et Ebrardus de Bettendorp viri feodales predictorum. sigilla dni. Heinrici militis et Winrici una cum Winrico et Willelmo fideiussoribus predictis confitentes et recognoscentes omnia et singula premissa prout superius sunt expressa esse et firma et vera et nos omnibus et singulis interfuisse, et quia propriis sigillis caremus, utimur sigillo Winrici predicti hijs appenso bona fide et absque dolo et mala fraude. Datum et Actum anno dni. M. CCC. tricesimo. in die dominica post festum bti. Remigii.

(Sigillum abruptum.)

301.

Os judices.. scabini, consulatus, ciuium magistratus et vniuersi ciues Regalis opidi düren. notum facimus vniuersis presentes litteras visuris et audituris et puplice protestamur, quod cum aliquamdiu materia questionis inter venerabiles viros dnos.. decanum et capitulum ecclesie bte. Marie aquen. leod. dioc. ex una parte et nos ex altera super reparationis tecti siue tectura ecclesie parochialis de düren. verteretur, tandem pacificati et concordati, recepimus ab eisdem decano et capitulo quandam summam pecunie in puram elemosinam et non de jure, mediante qua sic in elemosinam datam eosdem ab omni impetitione, questione et querela ratione ecclesie et tecture ciusdem ecclesie usque in hodiernum diem quitos clamamus et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

solutos. salvo jure ecclesie nostre sicut prius. presentium testimonio literarum nostro sigillo munitarum. Datum anno dni. mllo. CCC. tricesimo primo. feria III. post festum bti. Andree apostoli.

302.

Notum sit vniuersis tam presentibus quam futuris ad quos presentes litteras contigerit pervenire, quod constituti propter hoc coram judice et scabinis regalis sedis aquen. infrascriptis, Matheus dictus Theijs factor candelarum et Katherina eius uxor legitima ciues aquen., pro se ex vna parte et franco dictus de rode civis aquen. cellerarius venerabilium virorum dnorum. decani et capituli ac nobilis viri dni. Godefridi dni. de Eppenstheijn et dne. Lorette collateralis eiusdem ex altera parte, dicti conjuges Matheus et Katherina vendiderunt et dederunt ac supportauerunt cum calamo iusto emptionis et uenditionis titulo perpetuo et hereditarie in domo sua sita in platea porchetensi versus powam domum ipsam in hoc onerando unum cereum siue candelam ceream continentem unam paruam libram cere bone ad perpetuam rei memoriam singulis diebus infra missarum sollempnia in altari summo bte. Marie celebranda a principio usque ad finem missarum, ardentem et ponendam retro feretrum sive capsam bti. Karoli in choro bte. M. V. gloriose, eorum videlicet Mathie et Katherine ac heredum seu successorum suorum in domo predicta laboribus, periculis et expensis dicto franconi nomine dominorum suorum ac nobilium predictorum iuste et rite emisse huiusmodi cereum sub conditionibus et pactis erga coniuges supradictos pro certa pecanie summa videlicet pro quadraginta marcis aquen. pagamenti, de quibus dicti coniuges recognouerunt sibi a dicto Francone nomine dnorum. suorum et nobilium predictorum integraliter esse satisfactum et bene persolutum. Et ad maiorem securitatem premissorum prefati coniuges obligauerunt et dederunt domum suam predictam, sitam in platea porcheten. uersus Powam, prout ipsa domus iacet ibidem in longo et in lato et in fundo cum omni suo iure decano et capitulo predictis titulo pignoris et ijpothece perpetuo et hereditarie tali conditione et pacto interueniente, quod si ipsi coniuges vel eorum heredes seu successores domus sue predicte ex nunc in antea in aliquo premissorum, quemadmodum superius est expressum, negligentes fuerint uel remissi in parte uel in toto, extunc dicti decanus et capitulum vel alter nomine eorundem per iudicem aquen. se recuperare debent et recuperabunt in domo predicta usque ad integram satisfactionem premissorum. Et promiserunt insuper dicti coniuges bona fide pro se et heredibus seu successoribus suis eiusdem domus, quod ipsam domum suam amplius onerare seu grauare non debeant, neque possint quam nunc est onerata seu grauata et que nunc soluit singulis annis decem et octo solidos et non plus aquen. pagamenti, quam cereum supradictum. Et exuentes se dicti coniuges possessione dicti cerei sive candele ceree de dicta domo sua persoluende et omni iure, quod in eodem habebant seu uisi fuerint habere, prefatos decanum et capitulum protinus inuestiuerunt de eisdem, et eciam renunciauerunt eisdem cum calamo ad opus et ad usus gloriose uirginis Marie et ecclesie sue supradicte sub omni sui forma et modo quemadmodum superius est expressum bona fide omnique dolo et fraude penitus exclusis in premissis, saluo iure dnorum. fundi et census domus predicte. Et hoc monstrante sentencia scabinorum aquen. infrascriptorum, quod quia premissa uera sunt atque certa quod merito ipsi ecclesie bte. Marie utile esse debeat atque firmum, et quod presens littera dari debent super eo. Acta sunt hec in presentia et sub testimonio johannis dicti chorus villici et aduocati, dnorum. Arnoldi dicti parvi dni. de Breijdenbeijnt, Gerardi de Lugene, Ricolfi de Rodenburch, militum, Werneri dicti Aijnlant juellonis dicti Seijlgere, Godefridi dicti Hoijn, Henrici dicti de Herle, Alexandri dicti de Pont, johannis dicti de Erthburg, johannis Volemeri in Punt, Christiani dicti Leo, Cononis de Moijrke, Arnoldi dicti Schiflarh, regalis sedis aquen. scabinorum, jn quo-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rum omnium testimonium fidem atque robur petiuerunt partes predicte hinc et inde presentes litteras conscribi et sigillo Regalis sedis aquen. predicte fideliter communiri. Et lata est sentencia scabinorum predictorum consensu ad id accedente, quod quia premissa uera sunt atque certa presens littera merito dari debeat super eo quemadmodum eciam superius est expressum. Datum in pleno consilio ciuitatis aquen. anno dni. 1331. feria quinta proxima post festum assumptionis bte. M. V. gloriose.

303.

Notum sit vniversis tam presentibus quam futuris, ad quos presentes litteras contigerit pervenire, quod constitutus propter hoc coram judice et scabinis Regalis sedis aquen. infrascriptis honorabilis vir dnus. Arnoldus dictus Munt decanus ecclesie s. Adalberti aquen. leod. dioc. compos mentis sue et rerum suarum eo tempore, quoad bene ac de jure facere potuit, et etiam illis, quibus hoc fecit, utile fuit atque firmum dedit et supportauit cum calamo donationem inter vivos et in puram elemosijnam censum annuum sive annuos redditus 5. marcarum aquen. pagamenti perpetuo et hereditarie de domo sua claustrali, in qua moratur apud s. Adalbertum singulis annis solvendarum mediam partem in festo nativitatis bti. johannis baptiste ad opus et ad usus ecclesie sue s. Adalberti predicte et per cellarium seu presentionarium eiusdem ecclesie recipiendarum et levandarum singulis annis terminis predictis et distribuendarum in hunc modum, qui sequitur, videlicet 3. marcas dicti pagamenti singulis annis et singulis mensibus 3. solidos eiusdem pagamenti de dictis 3 marcis inter presentes in choro ecclesie s. Adalberti predicte pro memoria eiusdem decani et suorum progenitorum peragenda, jt. et in anniversario eiusdem decani singulis annis 8. solidos dicti pagamenti de dictis 5. marc. recipiendos et distribuendos similiter inter presentes, prout hoc fieri consuetum. jt. 1. marcam de dictis 5. marcis ad 3. candelas cereas ardentes in choro dicte ecclesie, duas videlicet in vigilijs fidelium defunctorum, et pro memoriis peragendis et tertiam ad horas canonicas singulis diebus in choro ipsius ecclesie celebrandas, et quamdiu hoc fuerit, ardendo duraturas. jt. et 4. solidos dicti pagamenti ad fraternitatem presbijterorum fraternitatis ecclesie s. Adalberti predicte singulis 4. vicibus inter presentes presbijteros sive fratres distribuendos pro memoria eiusdem dni. Arnoldi decani et suorum progenitorum peragenda, et exuens se idem decanus possessionem dictarum 5. marc. annui census sive reddituum virum discretum dnum. johannem Stephani de platea siti (sic) suum in dicta ecclesia s. Adalberti concanonicum personaliter ibidem coram dictis judice et scabinis presentem protinus investivit de eisdem cum pleno jure, nomine et vice capituli et ecclesie et fraternitatis ecclesie s. Adalberti et etiam dicte ecclesie renuntiavit eisdem 5. marc. annui census sive reddituum 5. marc. predictarum cum calamo ad opus et ad usus capituli et ecclesie, et fraternitatis predictarum in omni forma et modo, quemadmodum supra est expressum, bona fide et absque dolo, salvo iure dnorum. fundi domus predicte. Acta sunt hec in judicio aquen. in presentia et sub testimonio johannis dicti Chorus villici et advocati strenuorum et honestorum dnorum. Arnoldi dicti parvi dni. de Breijdenbeijnth, Gerardi de Lugen. militum, Werneri dicti Aijnjanth, juellon dicti Seijlgere, Godefridi dicti Hoijn, Henrici dicti de Herle, Alexandri dicti de Punt, johannis dicti de Erthburg, johannis Volmeri in Punt, Cononis de Moijrke, Cristiani dicti Leo, et Arnoldi dicti Schiflarth. scabinorum Regalis sedis aquen. predicte. ja quorum omnium testimonium fidem atque robur petiverunt partes predicte hinc et inde presentes litteras concribi et sigillo Regalis sedis aquen. fideliter communiri, et lata est sententia scabinorum predictorum consensu ad id accedente, quod quia premissa vera sunt, atque certa presens littera merito dari debeat super eo. Datum anno dni. 1331. feria quarta ante festum omnium sanctorum.

(Appendebat sigillum scabinale in cera alba ex filis sericis rubri coloris.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

304.

Vniuersis, ad quos presentes littere peruenerint. Nos Arnoldus dei gracia abbas monasterij sti Cornelij jnden. ord. sti. Benedicti colon. dijoc. Notum facimus per presentes. quod in nostra constituti presentia nostri fideles atque scabini infrascripti nos humiliter, ac deuote rogabant. quatinus propter communem eorum ac omnium in allodio jnden. habitancium utilitatem et profectum discreto viro. johanni dicto de Welz nostro fideli dilecto ac suis veris et legitimis heredibus, locum nostre communitatis aptum ad molendinum. concedere dignaremur jn hereditate. Nos igitur presentibus nostrorum fidelium et scabinorum jnclinati communique vtilitate prepensata locum. qui vulgariter seu theutonice dicitur an me vp Gesprünge ad quantitatem vnius jurnalis. predicto johanni. suisque heredibus ad faciendum molendinum perpetuo ac hereditarie habendum et possidendum pro sex solidis annui census. et concessimus ac concedimus per presentes de quo quidem censu tres solidi nobis. abbati et tres solidi pagamenti pro tempore currentis ad edificium parochialis ecclesie in monte. quolibet anno de predicto molendino persolventur. Acta sunt hec fraude et dolo penitus exclusis et remotis, nostroque ac omni jure saluo. coram nobis et a nobis in presentia Gerardi Schifflart. Winandi babel. Reijnardi de Grünendale nostri sculteti, Arnoldi Schifflart scabini aquen. ac nostri fidelis johannis Kixhoin, Karij Schifflart, ijwani de büsbach nostrorum fidelium Tilmanni de Vennewegen, Volquini de Büsbach. Henrici de Bredenich, Willelmi Orterichgotz, Willelmi rost, Wilhelmi de Buggel. johannis de Nothem, scabinorum. Petri dicti. Kellenner de Elendorp ac aliorum quamplurimum fidedignorum. jn cuius rei testimonium presentes litteras nostro roborauimus sigillo. et ad maiorem omnium predictorum firmitatem sigillum venerabilis ac dni. Willelmi comitis juliacen. et nos.. abbas cum fidelibus et scabinis antedictis precibus jmpetrauimus. presentibus litteris appendi jn testimonium veritatis. Datum anno dni. millesimo trecentesimo tricesimo primo. jn die sti. Remigij confessoris.

(2 Siegel in gelbem Wachs, beschädigt an Pergament-Streifen.)

305.

Ludowicus dei gracia Romanorum jmperator semper augustus. Prudentibus viris. . scabinis, consulibus ceterisque ciuibus vniuersis ciuitatis sue aquensis suis et jmperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum. jmperiali conuenit magestati hereticorum precipue et fautorum ipsorum audaciam coercere, sane jacobus de cattero qui se johan papam visecimum secundum appellare presumit, quinque edidit constituciones seu pocius destituciones, in quibus insaniarum suarum detestandas blasfemias publice dogmatizat, ac pertinaci ammositate defensat, de erroribus autem eius pauci presentibus inseruntur. dogmatizat enim errorice, quod redemptor noster jesus cristus in quantum errat homo viator fuit rex terrenus et mundanus regnorum et principatuum dominium possidens temporale nec erat pauper per careneiam alicuius dominii temporalis, dictum dogma peruersum callide introducens vt sibi qui vicarium nostri redemptoris se asserit vendicet potestatem de Romano jmperio regnisque aliis vniuersis libere disponendi sed dicti dogmatis peruersitas ex sancto ewangelio conuincitur euidenter redemptore nostro de se ipso dicente. Matth. VIII. filius hominis non habet vbi caput suum reclinet, quod nequaquam verum fuisset si regni temporalis et per consequens ciuitatum, villarum et castrorum temporale dominium habuisset, quod eciam cristus non fuerit iudex et rex in temporalibus constitutus ipse testatur cuidam roganti ipsum, vt diceret fratri suo, quod diuideret secum hereditatem respondens Luce. XII. et dicens quis me constituit iudicem et diuisorem super vos, quasi diceret nullus, et beatus johannes in ewangelio suo declarans cristum nolle esse regem terre-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

num et mundanum, ait jesus ergo cum cognouisset quod venturi essent ut raperent eum et facerent eum regem, fugit iterum in montem, et joh. XVIII. dicit saluator, regnum meum non est de hoc mundo, satisfaciens per hoc Pijlato quod quamuis esset rex, non tamen erat rex in preiudicium cesaris, ut ipse Pijlatus assereret. nullam inuenio in eo causam, quod tamen non fecisset si se regem terrenum et mundanum affirmasset. ad predicti autem fulcimentum erroris auctoritates loquentes, de regno cristi sicut illam Luce. V. dabit ei dnus. deus sedem Dauid patris sui. et regnabit in domo jacob in eternum, et regnum eius non erit finis, et illam Danielis, VII. Regnum eius non corrumpetur, et huiusmodi plures adducit, quas asserit de regno cristi terreno et mundano deberet intelligi, quod non est aliud, quam dicere, quod iste mundus est inperpetuum duraturus, et quod nunquam erit generalis resurrectio mortuorum, adhuc autem suam stulticiam magis ostendit dicens, quod redemptor noster in quantum erat homo, regno temporali et dominio non potuerit renunciare, quia si fecisset contra ordinacionem patris fecisset, ex qua doctrina sequitur euidenter, quod omnia, que fiunt de necessitate fiunt nec aliter fieri possunt cum omnia a deo sine quo factum est niehil ab eterno fuerint ordinata, rursus erronea dogmatizat, quod apostoli dominium rerum temporalium minime reliquerunt, et quod votum paupertatis minime emiserunt ex quo sequitur euidenter, quod apostoli consilium cristi de abdicacione proprietatis et dominii temporalium minime impleuerunt quod determinationi ste. Romane ecclesie posite in decretali, exijt qui seminat, que libro. VI. Decretalium est inserta, et per consilium generale viennense extitit approbata obuiat maxime nec predictis erroribus est contentus, sed eciam audet asserere, quod apostoli post missionem spiritus sancti in iudea predia habuerunt, que eciam vendiderunt, quod decreto sti. melchiadis pape dicentis, quod apostoli in iudea predia minime sunt adepti repugnat, adhuc in maiorem prorumpit insaniam dicens quod nullam legem viuendi specialem imposuit cristus apostolis nisi sicut alijs discipulis per discipulos sicut ex serie processus sui euidenter apparet intelligens omnes conuersos ad cristum ex quo concluditur maxime, quod apostoli per legem impositam eis a cristo, nec erant obligati ad castitatem, nec ad obedienciam, nec et paupertatem, nisi sicut ceteri cristiani, quod est omnino dissonum veritati, cum saluator noster precepit ipsis dicens, nolite possidere aurum neque argentum etc quod tamen constat ipsum non omnibus precepisse. Rursus ut vitam aliam quam presentem ostendat minime se sperare non veretur asserere quod quarundam rerum temporalium dominium romane ecclesie reseruatum propter hoc esse censendum inutile, quia est ab omni temporali comodo denudatum et quod omne dominium, a temporali comodo inperpetuum separatum est inutile reputandum, predictus autem error ex verbis suis in duobus suis libellis scilicet ad conditorem et quod vir colligitur euidenter, ex quo errore patenter concluditur, quod nullum est comodum spirituale meritorium vite beate, si enim esset aliquod spirituale comodum meritorium vite beate propter tale comodum posset dominium rerum temporalium vtile reputari, quamuis esset ab omni temporali comodo denudatum, vnde ex predicto errore sequitur maxime, quod oraciones ieiunia elemosine et cetera opera misericordie que carent comodo temporali inutilia sunt censenda, ex quo concludendum est vlterius quod post presentem vitam est vita alia nullatenus expectanda amplius ut sancto ewangelio contradicat expresse applicando sto Augustino, quamuis falso inponit, quod cristus, qui misit apostolos ad predicandum non precepit eis quod non portarent pecuniam cuius tamen contrarium asserit stus, marcus ewangelista dicens in hec verba et precepit eis ne aliquid tollerent in via, nisi virgam tantum non peram, non panem neque in zona eo (sic) jnsuper vt vniuersos cristianos ab ingressu religionis auertat erronee. dogmatizat quod expropriacio rerum temporalium, quam constat fieri per votum pauperpatis, si post huiusmodi explicacionem equalis sollicitudo circa temporalia perseuerat ad perfectionem valet nil conferre, ex quo sequitur maxime quod nullum bonum scilicet nec castitas nec paupertas, nec obedienoia, nec ieiunium, nec aliquid aliud opus factum cum voto ceteris paribus, plus valet quam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sine voto, quia qua ratione votum paupertatis stante equali sollicitudine ad perfectionem valet nil conferre, eadem racione nec votum castitatis, nec obediencie aliquid facit ad perfeccionem ceteris existentibus paribus, que inerant ante tale votum, preter predictos errores et plures alios presentibus non insertos, in allegacionibus preteritorum plenissime reprobatos, predictus heredicus jacobus de cattero suam stulticiam et se ignarum theologice facultatis et racionis naturalis aperte demonstrans plurimas asserciones fantasticas magis derisione quam reprobatione dignas quarum insania eciam illiteratis, statim appareret, que tamen inter hereses et errores, que sacre scripture obuiant euidenter sunt merito computande in suis libellis, quos decretales appellat, pertinaciter asserit et affirmat, sicut quod nemo potest vti rebus que vsu consummuntur, cuiusmodi sunt cibus et potus vestes et pecunia eciam secundum istum hereticum, quod licet rebus vsu consumptibilibus non contingat vti, ipsis tamen contingit abuti, quod actus utendi non potest esse in rerum natura, quod seruus ad mandatum dni. sui actualiter tradens pecuniam et emens rem aliquam non habet vsum nec abusum illius pecunie, quod nullus potest vti re aliqua vsu consumptibili, sicut veste vel pecunia, aut cibo vel potu nisi habeat dominium et proprietatem eius, quod persona representata et imaginaria potest habere usum iuris, quamuis non possit habere vsum facti, quod ordo fratrum et eadem racione qualibet alia congregacio est persona imaginaria et representata, quod nulla talis congregatio potest actum realem aliquem exercere quod carens dominio rerum temporalium non est propter hoc quo ad paupertatem temporalem censendus pauperior quod habens dominium rerum temporalium de quibus nunquam vult eciam sponte de facto percipere comodum temporale non est propter huiusmodi diuicias, dicior iudicandus, quod ius utendi in rebus usu consumptibilibus non potest constitui vel haberi, predicta et plura alia, tam heretica quam iusania, que hic causa breuitatis omittimus prefatus hereticus jacobus de Cattero in suis libellis, quos decretales appellare presumit docet et asserit, ac nititur pro iuribus defensare, propter quod constat ipsum per sacros canones a generali concilio, quod in causa fidei eciam. pape superius esse dinoscitur promulgatos esse omni ecclesiastica dignitate ac potestate et auctoritate priuatum, jdeoque nobis districte precipiendo mandamus, quatenus predicti jacobi de Cattero sentenciis vel mandatis quibuscumque que nullius sunt roboris et momenti audeatis nullatenus obedire quinimo vobis omnibus et singulis coniunctim et diuisim sub obtentu nostre gracie firmiter iniungentes, vt non obstantibus preceptis vel sentenciis predicti jacobi de Cattero vel alterius fauentis eidem personas seculares vel ecclesiasticas publicare volentes doctrinam saluberrimam quam cristus in sancto ewangelio et sancta romana ecclesia in sacris canonibus docent firmiter tenendam, credendam et fideliter confitendam efficaciter defendatis maxime fratrem Sigelbertum de Landesberch, et fratrem johannem. dictum Meijster de Roijda. quorum fidelitatem erga nos et jmperium sacrum experiencia clara didicimus quociescumque vos vel aliquem vestrum per se vel per alios requisierint contra quamcunque personam secularem vel ecclesiasticam cuiuscumque dignitatis condicionis aut religionis extiterit, eciam contra fratres sui ordinis ab omnibus iniuriis molestiis et offensionibus defendere ac eisdem consilijs et auxiliis oportunis assistere efficaciter studeatis, vobis nichilominus mandantes vt cum prefati fratres per litteras religiosi viri, fratris Mijchaelis generalis ministri ordinis fratrum minorum vel vicariorum ipsius fratris Heinrici de Talheim, seu fratris Wilhelmi dicti Ockam de Anglia, sacre Theologie Doctorum, fratres sui ordinis expresserint nominatim nobis et dicto Mijchaeli generali ministro rebelles capiatis et incarceretis tamquam dicto generali ministro, aut vicariis eius inobedientes, et fautores heretici ac defensores heretice prauitatis, detinentes eosdem, donec per prefatum generalem ministrum vel ipsius vicarios antedictos iudicatum fuerit, quid sit de talibus pseudo fratribus faciendum. jn quorum omnium testimonium presentes litteras fieri mandauimus, et sigillo nostro jmperiali fecimus communiri. Datum spire duodecima die mensis juni. anno dni. millimo. trecentesimo, tricesimo. Regni nostri anno sextodecimo jmperii vero tercio.

Siegel an roth- und grün- seidenen Fäden.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

306.

Ludowicus dei gracia jmperator semper Augustus, Vniuersis sacri Romani jmperij fidelibus, ad quos presentes peruenerint graciam suam et omne bonum, dudum cum essemus in jtalie partibus constituti, libertatum, graciarum, concessionum, priuilegiorum, a diuis Romanorum Principibus predecessoribus nostris, viris prudentibus, magistris ciuium, consulibus, ceterisque ciuibus Regalis sedis nostre Aquen. indultorum, inmemores per obliuionem, necnon et importunam importunitatem petencium, per quam plerumque conceduntur ea, que alias concedenda non forent, nonnullis, et specialiter, viro strenuo. Heinrico dicto Müle de. Sintzuelt (i. e. Binzuelt), et johanni Scheffelhart et aliis quampluribus certas litteras in preiudicium dictarum libertatum, graciarum, seu concessionum, per obliuionem vt predicitur, concessimus et tradidimus ignoranter, nunc vero de ipsorum certificati libertatibus, graciis et concessionibus instructi plenius eorundem. Agnouerimus nobis hoc licere nequaquam maxime cum in votis nostra gerat benignitas, quemlibet in suis juribus, quantum nobis est, possibile confouere. Hiis igitur sic discussis, predictas litteras contra predictas libertates, sic inprouide concessas, ex certa scientia reuocantes. Vestre fidelitati tenore presentium committimus et mandamus, quatenus ciues predictos, in suis libertatibus, non obstantibus, quibuscumque litteris sic concessis versus omnem hominem, modis omnibus defendatis, si fauorem nostrum consequi volueritis graciosum, prefatis enim Müloni, et aliis, quibus huiusmodi litteras concessimus, alibi de bonis Regni, vel jmperii condignam facere proponimus, reconpensam. Harum testimonio litterarum nostre maiestatis sigillo munitarum. Datum in Franchenfort, secundo nonas decembris, anno dni. millmo. trecentesimo. tricesimo primo. Regni nostri anno decimo octauo. jmperii vero quarto.

Siegel: der Reichs-Adler in rothem- der mit gelbem Wachs umgeben ist, an gelb- und roth-seidenen Fäden.

jmperator Ludowicus notificat hoc mandatum Adolfo comiti de montibus, cum iisdem fere verbis. — Datum Franchenfurt quarta feria ante Nijcolai regni nostri anno decimo octavo. jmperii vero quarto.

Kaiserl. Siegel an einem Pergament-Streifen.

jtem Reinaldo comiti de Geldern sub eodem dato et anno.

jtem Reinaldo dno. de Moncoyen et de Valchenburch. Datum eodem die et loco.

jt. johanni duci Brabancie, affini suo datum — — —

jt. Wilhelmo comiti Hollandie socere suo datum — — —

307.

Ludowicus quartus dei gracia Romanorum jmperator semper Augustus.. Prudentibus viris,. judicibus.. scabinis.. consulibus.. magistris ciuium. et vniuersis ciuibus. Regalis sedis sue Aquensis. suis et jmperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum. jmperialem celsitudinem peramplius sublimari credimus, et honorem jmperii adaugeri, dum fidelibus nostris bene meritis, condigne retribuimus, vt eorum laudabili exemplo, ceteros ad obsequendum nobis et jmperio, graciosius inuitemus. Ea propter uobis ciuibus predictis, fidelibus nostris dilectis, de dono et fauore gracie specialis, omnia et singula jura. priuilegia, libertates, gracias, donaciones, et laudabiles consuetudines, a uobis et diuis Romanorum jmperatoribus vel Regibus nostris predecessoribus uobis concessas, uel concessa, factas aut facta, quis hactenus vsi fuistis. Hiis autem omnibus et singulis, diligenter inspectis et avertite discussis, nolentes etiam eis in aliquo derogare, sed ipsa pocius omni tempore feliciter augmentare, presentis scripti patrocinio imperpetuum valituro. jmperiali auctoritate approbamus, et nunc de nouo prout extunc retroactis temporibus fecisse meminimus, in dei no-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mine confirmamus. Porro siquis. uel aliqui creditores nostri, quibus de eorum debitis, in aliis bonis et terris, tàm Regni, quam jmperii deodante gratiora, satisfacere volumus et intendimus honorifice prouidere, uel quicumque fuerint, qui forsitan propter importunitatem seu infestacionem precium suarum continuam dnos. et principes aliquos cespitare intentemus, seu alio colore aut quoquomodo a nobis vel predecessoribus nostris, aliquas obtinuerint in contrarium litteras, quauis specie, aut quacumque forma verborum concessas, has quidem penitus et specialiter reuocamus, jpsis eciam expresse per nostras presentes litteras ex certa scientia derogantes, et eas nullam volumus habere roboris firmitatem, propter bonum pacis et honorem jmperii pariter et profectum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbacionis et confirmacionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, grauem nostram indignacionem, et penam ducentarum librarum auri puri. Quarum medietatem fisco nostro, reliquam vero medietatem iniuriam passis, applicari volumus, se nouerit irremisibiliter incursurum. jn cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum in Nürenberg feria quarta proxima post festum johannis Baptiste anno dni. millimo. trecentesimo tricesimo primo. Regni nostri anno decimo septimo, jmperii uero quarto.

Kaiserl. Siegel in gelbem Wachs an roth-seidenen Fäden.

308.

Lvdovicus quartus dei gracia Romanorum jmperator semper Augustus. . judicibus schabinis consulibus magistris ciuium, et vniuersis ciuibus Regalis sedis sue Aquensis, suis et jmperii fidelibus dilectis, graciam suam et omne bonum, jmperialem celsitudinem peramplius sublimari credimus, et honorem jmperii adaugeri, dum fidelibus nostris bene meritis condigne retribuimus, et eo laudabili exemplo ceteros ad obsequendum jmperio inuitamus, cupientes igitur, vos ad obsequia jmperii semper promptos efficere promptiores, et ceteros ad similia inuitare, omnia et singula Priuilegia, libertates, gracias, donaciones et laudabiles consuetudines, a nobis et diuis Romanorum jmperatoribus, vel Regibus nostris predecessoribus vobis concessas, vel concessa. factas vel facta, et quibus hactenus vsi fuistis presentis scripti patrocinio inperpetuum valituro jmperiali auctoritate approbamus, et jn dei nomine confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbacionis et confirmacionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, grauem nostram indignacionem, et penam ducentarum librarum, auri puri, quarum medietatem fisco nostro, Reliquam vero medietatem iniuriam passis applicari volumus, se nouerit incursurum. jn cuius rei testimonium presentes conscribi, et Bulla nostra aurea, et signo consueto iussimus communiri. Datum spire anno dni. millesimo, trecentesimo, tricesimo tercio, decimo Kal. junii jndictione tercia decima Regni nostri anno sextodecimo jmperii vero tercio.

Signum domini Ludowici quarti dei gracia Romanorum jmperatoris inuictissimi.

Siegel von Gold an roth- und grün-seidenen Fäden.

309.

J. n. dni. amen. Vniuersis — ego Winricus de Kenswilre dictus de Bettendorp famulus notum facio — — quod ego euidenti necessitate compulsus et debitorum meorum contractorum cum. . Herburge quondam uxore mea legitima bone memorie temporibus retroactis deliberatione matura prehabita cum communibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

amicis et consanguineis meis, ac puerorum meorum legitimorum hinc et inde necnon auctoritate et licentia nobilis viri dni. Ludowici dni. de Randenrode, a quo bona infrascripta dependebant et in feodo tenebantur cum omni jure suo, et qui michi ea bona libertauit allodiauit et apropriauit simpliciter et de plano vendidi et dedi justo emptionis et venditionis titulo pro bonis allodialibus venerabilibus viris et honestis dnis. . decano et capitulo ecclesie bte. Marie aquen. leod. dioc. dicta bona mea et pensiones meas inferius annotatas, et que michi soluebantur in villa de Bettendorp de pensionariis, qui dicuntur Laten et eorum heredibus infrascriptis 1°. videlicet Bernhardus de Oijtwijlre etc. etc. jt. presbijter de Dutwijlre, qui pro tempore fuerit, 4. sümmer. minus 1. copp., cuius 6ta. pars est auéna, de 7. quarta!., etc. etc. jt. ego Winricus solvam et solvere debeo 1 ½ mald. cuius 6ta pars est avena de 3. jurnal. cum dimidio ibidem de dictis XL. jurnal. accipiendis et mensurandis pro certa pecunie summa, videlicet pro 1060 marcis colon. pagamenti, michi ab eisdem dnis. decano et capitulo eccl. aquen. traditis, numeratis deliberatis, assignatis ac in vsus et solutionem debitorum meorum predictorum evidenter conuersis. quas quidem pensiones dicti pensionarii et eorum heredes ego ac mei heredes pro parte mea predicta me contingente ut superius est expressum tenentur et debent, teneor et debeo singulis annis in festo bti. Remigii vel infra 8. dies immediate dictum festum subsequentes sine captacione infra ciuitatem aquen. vel alibi de Bettendorf ad duo miliaria circumquaque, ubi dicti decanus et capitulum vel eorum certus nuncius voluerint, dummodo dictis pensionarijs et michi ac heredibus meis via in ducendo pro guerris dnorum. sit secura presentare et assignare nostris periculis. laboribus, vehiculis et expensis ante eorum granarium et in eorum granario cum mensura referta de Aldenhouen mensurare. quodlibet maldrum siliginis pactialis melioris prope ad 2. denarios. avene vero melioris prope ad 1. denar. colon. pagamenti. Ego vero.. Winricus meique heredes et successores de dictis bonis sive jurnalibus meis superius specialiter annotatis et expressis teneor solvere 6. modios siliginis pactialis minum sümmerino cum dimidio mensure aquen. necnon 1 ½ mald. mensure de aldenhouen prout superius est expressum. Quibus pensionibus sic presentatis ipsi decanus et capitulum cuilibet currui duas denariatas panis et cuilibet carruce 1 denariatam panis pensionem vehentibus et apportantibus distribuere tenebuntur. omnia et singula bona suprascripta, in quibus ipse pensiones consistunt vel sunt assignate, si ego, mei heredes seu successores in bonis meis, aut aliquis pensionariorum predictorum seu eorum heredum aliquo termino solutionis predicte in solutione sue pensionis in parte vel in toto negligentes fuerimus vel remissi erunt et sunt ad ipsos.. Decanum et capitulum deuoluta simpliciter et de plano, et se intromittere possunt, tamquam de suo puro allodio de eisdem. contradictione quacumque non obstante. quos quidem pensionarios et bona predicta quoad bona prenominata eisdem dnis. decano et capitulo do et supraporto cum calamo et ore et quicquid juris in eisdem habui seu visus fui habere pro me et meis heredibus simpliciter et de plano, nichil penitus juris michi vel meis heredibus reseruato. Et exuens me et heredes meos possessionem bonorum predictorum prefatos dnos. decanum et capitulum ac ecclesiam aquen. de eisdem bonis cum consensu dicti dni. de Randenrode protinus jnvestivi, et etiam renunciavi ad opus et ad vsus eorundem. promittens bona fide dictis decano et capitulo satisfacere et eosdem de dictis bonis warandizare, et warandiam debitam prestare, omnemque jmpetitionem iustam prout moris est amovere, puerosque meos ac heredes legitimos, puberes et qui ad annos suos pervenerunt infra annum et diem a data presentium litterarum, et inpuberes, qui adhuc sunt infra annos suos, cum ad annos discretionis pervenerint, prout moris est, facere, renunciare et effestucare bonis eisdem, jta quod dicti.. decanus et capitulum in eisdem bonis legitime sint hereditati, pro quibus omnibus et singulis faciendis et fideliter adimplendis dedi et constitui eisdem dnis. decano et capitulo fideiussores, nobilem virum dnum. Ludouicum dnum. de Randenrode predictum.. johannem de Kenswilre.. Arnoldum de pomerio dictum de Hoijlzem.. Godefridum de Hülhouen, milites.. Henricum de Rürdorp..

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Wernerum de Humpeijsch. . Amelium de Bredenbeijnt et Wilhelmum de Frankenhouen, famulos. meos consanguineos, qui se pro me et una mecum erga prefatos. decanum et capitulum insolidum obligantes fide prestita corporali promiserunt, quod si ego vel mei heredes in premissis vel aliquo premissorum, et quemadmodum superius est expressum negligentes fuerimus vel remissi in parte vel in toto, extunc dicti fideiussores et ego moniti. ex parte decani et capituli predictorum intrabunt et intrabo infra ciuitatem aquen ad jacendum ad commestus ibidem in unum honestum hospicium nobis ab ipsis demonstrandum, inde non recessuri donec eisdem decano et capitulo de premissis omnibus et singulis, in quibus defectum passi fuerint integraliter, sit satisfactum, et quilibet fideiussorum predictorum, et ego, qui personaliter iacere non potuerit, pro se ponere potest unum famulum honestum cum uno equo, qui suppleat vices suas ad commestus eosdem, quibus fideiussoribus dicti. . decanus et capitulum non tenebuntur, neque debent conquirere hospitem, hospicium vel expensas. Si vero aliquem fideiussorum predictorum mori vel abesse contigerit, quod absit medio tempore et ante satisfactionem predictorum, extunc infra quindenam immediate subsequentem eque ijdoneum fideiussorem loco illius subrogabo, vel mei heredes subrogabunt, alioquin fideiussores superstites moniti, intrabunt aquis ut prius ad jacendum tamdiu, donec eque ijdoneus fideiussor fuerit subrogatus. Et promitto fide prestita corporali omnia et singula premissa quemadmodum superius sunt expressa, obseruare inviolabiliter et adimplere, renunciaus insuper, quoad premissa omnibus et singulis exceptionibus utriusque juris et facti tam canonici, quam civilis, que michi et heredibus meis, contra premissa aut aliqua premissorum possent suffragari vel prodesse, dictisque decano et capitulo obesse vel nocere. jn quorum omnium testimonium fidem atque robur sigillum meum vna cum sigillo nobilis viri dni. Ludowici dni. de Randenrode predicti et aliorum meorum fideiussorum predictorum sigilla habentium presentibus litteris duxi apponendum suplicans seriose eidem dno. meo dno. de Randenrode quatenus ipse in premissis suum consensum pariter et assensum dignetur adhibere, et pro me meisque heredibus se obligare modo et forma predictis. Et nos Ludowicus dnus. de Randenrode predictus attendentes, quia onera debitorum, quibus prefatus Winricus noster consanguineus est et fuit firmiter obligatus, et ut a grauioribus dampnis releuetur, et etiam quia dictus Winricus tantum nobis fecit in recompensam, sic quod in hoc contentamur. nos pro nobis et heredibus nostris ac successoribus vniuersis dicto. Winrico compacientes ad honorem et gloriam omnipotentis dei et gloriose matris eius virginis marie, votis eiusdem Winrici annuentes bona predicta quitauimus et quitamus de feodo per sententiam fidelium nostrorum infrascriptorum ad hoc apto Et ipsa bona allodiamus et libertamus ac proprietamus, et huiusmodi bona allodium. proprietatem et omne jus quod nobis et nostris heredibus competere potest vel posset in posterum in, dictos decanum et capitulum ecclesie bte. Marie aquen. predicte transferimus et donamus saluo jure omnimodo et forma, quibus id fieri est consuetum nichil nobis juris in bonis predictis reseruato. obligantes insuper nos tamque fideiussor cum alijs fideiussoribus prenominatis, quod obseruanciam omnium premissorum bona fide et absque dolo sigillum nostrum presentibus litteris una cum sigillis Winrici et aliorum fideiussorum predictorum sigilla propria habentium duximus apponendum. Et nos johannes de Kenswilre, Arnoldus de pomerio dictus de Hoijlsem. Godefridus de Hülhouen milites et Heinricus de Rürdorp armiger fideiussores prenominati, confitentes et recognoscentes omnia et singula premissa quemadmodum superius sunt expressa vera esse, et nos ad ea fideiussisse, et esse firmiter obligatos sigilla nostra una cum sigillis Winrici famuli sepedicti et dni. Ludowici dni. de Randenrode supradicti tam pro nobis quam Wernero, Amelio et Wilhelmo fideiussoribus nostris predictis id petentibus et ratum habentibus, quia propriis sigillis carent, duximus apponenda bona fide et absque dolo nos quoque Wernerus Amelius. et Wilhelmus famuli fideiussores predicti similiter confitentes et recognoscentes omnia et singula premissa, quemadmodum superius sunt expressa vera esse, quia sigilla propria

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non habemus, utimur et contenti sumus pro nobis sigillis hijs litteris appensis, quibus sub datione fidei et absque dolo nos ad observantiam omnium premissorum firmiter obligamus. Actum presentibus strenuis viris et discretis. dno. johanne de Kenswilre milite, Henrico de Rürdorp armigero prefatis. necnon.. johanne de Nuwenhusen. Walramo de Randenrode et Remboldo de Huijndestorp famulis fidelibus dni. Ludowici dni. de Randenrode sepedicti et alijs quam pluribus probis et fidedignis testibus ad premissa vocatis et rogatis. Datum anno dni. millmo. trecentesimo tricesimo tercio. feria quarta ante festum bti. jacobi apostoli.

(5 anhangende und 1 abgerissenes Siegel in gelbem Wachs an roth-seidenen Korden.)

Vniuersis — Ego Winricus de Kijnswilre dictus de Bettendorp armiger colon. dioc. notum — quod ego dedi, addidi et supraportaui cum calamo ac assignaui venerabilibus viris dnis decano et capitulo eccl. bte. M. aquen. leod. dioc. 7. jurnales terre arabilis in uno sulco sitos in via, qua itur versus sleijden — in supplementum defectus et impedimenti, si quem vel quod habent seu habere possent in futurum in bonis, que vendidi et dedi iusto emptionis et venditionis titulo eisdem decano et capitulo quemadmodum in litteris super hoc confectis, quibus presens littera est transfixa plenius continetur. jn quibus quidem bonis sive jurnalibus ipsi decanus et capitulum vel eorum certi nuncii ad hoc deputati se de huiusmodi defectu recuperare poterunt et debebunt bona fide, omnique dolo et fraude exclusis in premissis, jn cuius rei testimonium — Datum. anno dni. 1333 crastino bti. Martini epi hijemalis.

(Siegel abgerissen.)

310.

Vniuersis — ego Winricus de Kenswilre dictus de Bettendorp armiger notum facio — (vt in littera precedenti (vendidi — — dnis. decano et capitulo eccl. bte. M. aquen. unum mansum (scilicet 60 jurnales) terre arabilis situm in locis infrascriptis etc etc qui mansus terre arabilis a dicto dno. de Randenrode dependebat et in feodo tenebatur, et quem mansum terre arabilis idem dnus. Ludowicus de Randenrode michi et ipsis.. decano et capitulo aquen. libertauit, allodiauit — pro certa pecunie summa michi ab eisdem decano et capitulo eccl. aquen. predicte traditis, numeratis — et de qua pecunie summa eosdem d. et capit. quitos clamo per presentes —, ipsumque mansum supraportaui et supraporto cum calamo prout ibidem jacet cum omni jure suo — eisdem d. et cap. — nichil penitus juris michi — in eodem manso reservato. et exuens me et heredes meos possessionem dicti mansi terre arabilis cum consensu et bona voluntate dicti dni. de Randenrode, prefatos d. et cap. ac eccl. aquen. de eodem manso protinus jnuestiui, et etiam renunciavi eidem manso ad opus et vsus dnorum. d. et cap. predictorum. promittens etc. (reliqua de verbo ad verbum uti in littera praecedenti) — et nos Arnoldus de pomerio dictus de Hoijltzeijm miles predictus recognoscimus et protestamur tam pro nobis quam pro Wernero (de Humpeijsch) Wilhelmo (de Franckenhouen armigeris) fideiussoribus nostris predictis id petentibus et ratum habentibus, quia proprijs sigillis carent, sigillum nostrum presentibus litteris fideliter appendisse. Actum presentibus dno. meo dno. Ludowico dno. de Randenrode sepedicto. Ludowico de Dumesdale.. johanne filio Walrami de Randenrode, et me Winrico vendente personaliter presente fidelibus dni. de Randenrode et Tilmanni de Setterich armigeris et alijs testibus fidedignis ad premissa propter hoc vocatis specialiter et rogatis. Datum anno dni. millmo trecentesimo tricesimo quinto. feria tercia in festo pasche.

(Die Mehrheit der 6 Siegel abgerissen, die rothen Korden noch anhangend.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

311.

Vniuersis — ego Winricus de Kenswilre dictus de Bettendorf notum facio, quod cum venerabilibus viris dnis. decano et capitulo ecclesie bte. M. aquen. Leod. dioc. nuper quedam bona apud Bettendorp sita et in circumstantiis ibidem vendiderim, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur pro quadam pecunie summa, de qua michi tunc per eos plenarie exstitit satisfactum, et cum ego insuper aliquas questionis seu rancoris materias super retardata solutione ipsius pecunie prout pro me proposui et asserui contra ipsos.. decanum et capitulum mouerim seu habuerim, recognosco et confiteor pro nunc sicut pro tunc michi de eadem pecunia integraliter et plenarie esse satisfactum, renuncians et effestucans simpliciter et de plano, ac per omnia ipsius materie ranconis seu questionis asserens et affirmans bono animo me cum ipsis decano et capitulo favorabiliter et amicabiliter presentibus amicis meis ad hoc vocatis de premissis esse concordatum et pacifice reformatum saluis semper ipsis decano et capitulo predictis litteris suis super venditione dictorum bonorum per me traditis eisdem et assignatis dolo et fraude penitus exclusis in premissis. in quorum testimonium sigillum meum una cum sigillis dni Cononis de Molenarken dicti de Lurghe militis et pastoris ecclesie de Oijtwilre, ad rogatum meum presentibus appensis duxi hijs litteris fideliter apponendum. Et nos Cono de Molenarcken miles et pastor de Oijtwilre predicti sigilla nostra ad preces Winrici predicti presentibus apposuimus et hijs interfuimus, in testimonium maioris securitatis ac firmitatis. Datum et actum apud Aldenhouen anno dni. millesimo trecentesimo tricesimo octauo. feria secunda post festum bte. Walburgis virginis.

312.

Nouerint vniuersi presencium jnspectores, quod nos.. johannes dictus de Heregarden commorans in Emke vendimus et vendidimus litteras per presentes cum consensu nostrorum liberum et heredum, videlicet filiis ac filiabus, venerabili viro ac honesto dno. Arnoldo.. dno. abbati monasterii sti. Cornelij, ac suis successoribus, vineam nostram sitam in Graijsberg apud Pijssenhem, pro quadam summa pecunie, videlicet centum marcis co'on. pagamenti, que nobis ab ipso plenarie est tradita et soluta, ad habendam et possidendam, hereditarie pacifice et quiete, nichilominus promittens sibi de dicta vinea, debitam guarandiam facere et consuetam per annum secundum communem cursum et modum hereditarie. Huius vendicionis et tradicionis sumus debitores et fideiussores vna cum pueris nostris, videlicet. johanni. jacobo. jordano. et Mettildi. Et nos pueri prelibati recognoscimus vnanimiter cum johanne patri nostro dilecto pro dicta vendicione fore astricti et ligati, nichilominus protestantes nos simul cum patre nostro memorato pro duobus fratribus nostris, scilicet Cononi et Reijnardo, qui adhuc ad annos discrecionis non peruenerunt, vt quamcunque tempus etatis attingerint, extunc satisfacient de venditione et resignacione prenarrata. jnsuper nos fecisse de dicta vinea debitam et veram effestucacionem in presencia johannis dicti Bülen ipsius vinee feodatoris, necnon ipsam manu et calamo porreximus ad usus dni. abbatis prelibati, qui quidam dnus. abbas, aut sui successores quolibet anno in festo martini hijemalis, vnum denarium de vinea sepedicta, suo feodatori ministrabit. Acta sunt hec coram prudentibus viris et discretis johanni dicti Brülant. johanni dicti Vijnckensim.. Wilhelmi. Mathie. Michaelis de Emka. johannes dictus Vust. et Rutgerus dictus Bütz scabinis in Wolrijchem et in Emka, qui dictam vendicionem et effestucationem de verbo ad verbum penitus audiuerunt. Et nos scabini prenominati quia sigillo proprio caremus, rogamus et rogauimus vna cum johanne de Heregarden, et suis heredibus, discretos viros et honestos videlicet Reijnerum decanum Tulpeten. et Wernherum de Musbach, militem, vt sua sigilla propter maiorem cautelam apponen-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tus huic scripto.. Et nos Reijnerus decanus Tulpeten. Wernherus miles de Musbach protestamur sigilla nostra rogatu parcium hinc et inde presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Datum anno dni. M. CCC. tricesimo quarto, vltima die ipsius mai.

(2 Siegel im gelben Wachs an Pergament-Streifen.)

313.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris, Nos Waijlwanus et Gabriel fratres de Brolio de monte magno, Leo et Daniel fratres de octini. Dominicus et Leo dicti Fijole. Pijrcheuallus de Brolio de monte magno, Baldrakijnus et Rufinetus Rotarij fratres, Lumbardi mercatores et eorum socij, notum facimus tam pro nobis quam pro.. socijs nostris quibuscumque, et presentibus litteris recognoscimus manifeste, quod nobis de promissionibus a ciuibus et ciuitate aquen. nobis factis, et de litteris nobis ab ipsis ciuibus et ciuitate aquen. concessis et datis, vsque in hodiernum diem exstitit satisfactum, et cum ipsis ciuibus et ciuitate aquen. super omnibus causis et querelis sumus complanati. Promittentes bona fide, quod nos nec aliquis alter de societate nostra nunquam occasione alicuius cause nobis illate vel facte, infra tempus per nos et familiam nostram infra ciuitatem aquen. persessum, aliquas requisiciones causas vel querelas ab ipsis ciuibus et ciuitate aquen. requiremus seu requiret publice vel occulte. Renunciantes insuper per presentem tam pro nobis quam pro socijs nostris quibuscumque seu familia simpliciter et de plano, super ipsos ciues et ciuitatem aquen. bona fide omnique dolo et fraude penitus exclusis in premissis. jn cuius rei testimonium nos Waijlwanus et Gabriel fratres, Leo et Daniel fratres. Dominicus et Leo dicti fijole predicti sigilla nostra, tam pro nobis, quam pro Pijrcheuallo de Brolio, Baldrabino, et Rofineto fratribus Rotarijs, ac alijs socijs nostris presentibus litteris duximus fideliter apponenda. Et nos Pijrcheuallus de Brolio de monte magno. Baldrabinus, et Rofinetus Rotarij fratres predicti recognoscimus sub sigillis hijs litteris appensis omnia premissa vera esse quemadmodum superius sunt expressa promittentes ea inuiolabiliter obseruare bona fide dolo et fraude penitus exclusis in premissis. Datum ipso die ad vincula bti. petri apostoli. anno dni. M. CCC. tricesimo quarto.

(Von den 6 Siegeln nur 3 anhangend.)

314.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris ego Wijnricus de Bettendorp armiger notum facio et presentibus publice protestor et recognosco, quod venerabiles viri et dni. decanus et capitulum ecclesie bte. Marie aquen. leod. dijoc. 971. marc. pagamenti colon. de terra arabili sita apud villam de Bettendorp ipsis dnis. decano et capitulo per me legitime et iuste vendita bene persoluerunt et satisfecerunt integraliter. exinde ac ipsos per presentes quitos clamo liberos et absolutos bona fide, omnique dolo et fraude in premissis penitus exclusis. jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus litteris fideliter duxi apponendum. Datum anno dni. M CCC. tricesimo quinto ipso die bti. Oijswaldi regis et martiris.

(Sigillum abruptum.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

315.

Johanne bider gracien goids.. Hertoginne van Lucemb. van Lothr. van Brabant van Lijmb. ende Mairgreuinne des heilichs Rijcs. want die paelstede tusschen onse Lant vant Lijmborch, ende die van Aken, als wij verstain wat onbekensam ende verdonkert sijn, ende wij begeren, dat die goide Lüde van Aken, die onse sunderlinge Vriende altoes geweest hebben ende noch sijn, hebben ende besitten, des hen van Recht toebehoert behoudelic oc ous ontz Erflicheit also onse Vorders die beseten hebben, sonder dat daerom enich Onraet tusschen ons onse Lant ende Lüde ende hen come. so ontbieden wij ende beuelen v onsen lieuen getruwen Hern janne van Gronsselt onsen Drost ontz Lande van Lijmb. ende van Rode dat ghi aen onse Lüde Manne ende onderseten ons Kerspel van Euperen ende Wailhoiren, ende voirt aen die gene die darr af mogen weten te spreken onder ons gesete vernempt ende wit ouermids hoeren Eeden die recht Paelstat tusschen onse Lant van Lijmb. ende die van Aken, ende also verre, als die meeste Part van onsen voirs. Lüden op hoeren Eeden vragen van desz, Palinge, ende recht ende besteidelic is, daer na willen wij, dat ghi die Palen tusschen onse Lant van Lijmb. ende die van Aken set also dat elc van ons hebbe ende behoude dat hen van Recht toebehoert. Ende des geuen wij v volcomen Macht mit desen Brieue daer wij des te Getüge onsen Segel aen hebben doin hangen. Gegeuen te Louen V. Dage in Februario jnt jaer ons Heren M. CCC tachtentich ende viue na costume shoifs van Camerijc.

Per dnam. Ducissam personaliter presentibus dno. de Bouchent et johanne clutine Marslo.

Siegel in weissem Wachs am Ende der Urkunde hangend.

316.

Ludovicus dei gracia Roman. Rex semper augustus. venerabili viro abbati sti. Cornelij jnden. colonien. dioc. ord. sti. benedicti, principi suo deuoto, graciam suam et omne bonum. Cum iuste petentium desideriis ex innata nobis clemencia deceat fauorabiliter inclinare, et precipue in iis que cultum diuinum augent et augmentant. requisiti suppliciter et instanter per venerabiles viros decanum totumque capitulum ecclesie aquen. deuotos nostros dilectos, ut vicariam Regalem ecclesie Regia collacione pertinentem, quam constanter asserunt tot et tantis reditibus et facultatibus abundare, quo ex ipsius prouentibus duo sacerdotes possint et valeant honeste et commode sustentari, ad prebendam memoratam post obitum nunc possidentis duos vicarios sacesdotes institui permittamus, nobis nostrisque successoribus in jmperio collationis ius earundem prebendarum perpetuo reseruando, et quia de reditibus seu facultatibus vicarie memorate nobis certa notitia non est, industrie tue circumspecte id committimus sollicite perquirendum, ut si rei veritas sic habeat, adhibitis solemnitatibus canonicis et debitis, que in sectionibus adhiberi solent et consueuerunt, sepe dictam vicariam nomine Regio procures diuidi in duos in antea vicarios, per nos et successores nostros in jmperio ad eandem perrenniter presentari. sin autem duo decenter et competenter in sectione huiusmodi sustentari nequeant sepefatam vicariam permittas integraliter in statu antiquo et pristino reseruari. Datum in Engelstadt octava jdus augusti anno 1318.

Kaiserl. Siegel in gelbem Wachs.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

317.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris Reimarus diuina presencia abbas monasterii sti. cornelij jnden. colon. dioc. ord. sti. Benedicti salutem in dno. Noueritis, quod nos litteras serenissimi dni. nostri Ludovici d. g. Regis Roman. semper augusti non cancellatas, non abolitas, non aliqua sui parte vitiatas vero ipsius dni. sigillatas, cum reuerentia, qua decuit in hec verba: Ludovicus d. G. etc. datum in Engelstadt. 8. jd. augusti Regni nostri quarto. Harum igitur auctoritate litterarum ad inquirendum de valore vicarie Regalis predicte, prout nobis a dicto dno. Rege existit, dabum in mandatis, descendimus ex inquisitione diligenti per testes idoneos et juratos super dicto valore per me facta, invenimus dictam vicariam Regalem et ipsius reditus, quolibet anno alium coadiuuante, bene valuisse, et adhuc valere centum et viginti libras argenteas turonorum nigrorum et simplicis, ita condivisione facta dicte vicarie in duas partes, quelibet pars 60 libras et simplices turonorum nigrorum ac dimiditati continebit inde consideratis considerandis circa premissum et extangentia prefatam vicariam Regiam et ipsius reditus, virtute mandati Regalis predicti, super hoc in nomine patris et filii et spiritus sti. in duas vicarias Regales post obitum ad presens dictam vicariam possidentis, afficiendam habendas et deserviendas juxta formam mandati Regalis supradicti. in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum, datum anno 1318. feria 2da, post festum sti. Bartholomei.

318.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris. Nos Wilhelmus comes juliacensis notum facimus quod cum nos Venerabilibus viris. . Decano et capitulo ecclesie bte. marie aquen. illam fecerimus graciam specialem, quod ipsis pro utilitate euidenti sue ecclesie, quam speciali fauore prosequimur erga. . Euelonem ciuem aquen. quedam bona arabilia cum pratis et alijs suis attinentijs, que bona vulgariter nominantur Kumme, sita in nostra jurisdictione de Richtergin, et que ipse Euelo a reuerendo in cristo patre ac dno. dno. archiepiscopo colon. in feodo tenebat, emerunt et sibi pro certa summa pecunie comparabant. Nos intendentes ipsam graciam frequenter ampliare volumus et presentibus concedimus, ut decanus et capitulum predicti super possessione bonorum predictorum eisdem libertatibus gaudeant et fruantur, quibus alijs suis bonis ab antiquo habitis et possessis gaudere consueuerunt, dolo et fraude penitus exclusis in premissis. jn quorum testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno dni. millesimo trecentesimo tricesimo sexto feria secunda ante festum natiuitatis bte. marie virginis gloriose.

319.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris nos. . Walramus dei gracia ste colon. ecclesie archiepiscopus sacri jmperij per jtaliam archicancellarius. notum facimus et tenore presentium recognoscimus, quod cum honorabiles viri. . Decanus et capitulum ecclesie bte. marie aquen. quedam bona, terras arabiles cum pratis et alijs suis attinentijs, que bona vulgariter nominantur Kumme, sita in jurisdictione de Rijchtergin et a nobis et ecclesia nostra colonien. in feodo tenentur, et Euelo dictis Euels ciuis aquen. a nobis in feodo tenebat, emerint iusto emptionis et vendicionis titulo erga eundem Euelonem et suos heredes pro certa pecunie summa, quam eidem Eueloni bene persoluerunt. Nos intendentes dictos decanum et capitulum et eorum ecclesiam predictam gracijs et honoribus frequenter ampliare dicta bona eum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnibus juribus suis et pertinentiis suis vniuersis ad supplicationem eorundem.. decani et capituli eadem bona eisdem.. decano et capitulo ac eorum ecclesie predicte incorporamus et presentis scripti patrocinio confirmamus, nec non eadem bona cum omnibus suis attinentijs dilecto nobis in cristo Remboldo de Vlodorp canonico eiusdem ecclesie aquen. concessimus et concedimus ac infeodamus eundem per presentes de bonis eisdem nomine decani et capituli predictorum, sic tamen, quod post decessum eiusdem Remboldi dicti decanus et capitulum nobis seu successoribus nostris uel ecclesie nostre colon. alium canonicum eiusdem ecclesie illo mortuo jterum alium canonicum ecclesie predicte presentent, qui dicta bona a nobis seu successoribus nostris ecclesie colon. in feodo recipiat nomine decani et capituli ecclesie aquen. predictorum et hoc perpetuis temporibus duraturo saluo nobis et ecclesie nostre colon. jure nostro per omnia in bonis eisdem. jn cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri appensione jussimus communiri. Datum anno dni millesimo tsecentesimo tricesimo sexto in crastino nativitatis bte. marie virginis gloriose.

(Sigillum abruptum).

320.

Johannes dei gracia Lothar. Brabant. ac Lijmburg.. dux notum facimus vniuersis quod nos vniuersis et singulis, ciuibus regalis sedis aquen. et cum ipsis venientibus salutem et securum confecimus conductum veniendo, eundo, redeundo et moram faciendo per totam terram nostram et dominium nostrum cum bonis suis vsque ad diem dominicam post diuisionem apostolorum proxime venturam et illam diem totam duraturam, et donamus per presentes sine dolo. quibus sigillum nostrum in testimonium super eo est appensum Datum in monasterio ze Berne die jouis post octavas apostolorum Petri et Pauli. anno dni. millo. CCC. XXX. sexto. Per ducem. consilium suum.

Siegel in gelbem Wachs an einem Pergament-Streifen.

321.

Ludovicus dei gratia Romanorum jmperator semper Augustus. Prudentibus viris. Scabinis.. consulibus. totique communitati oppidi Aquen. suis et jmperii fidelibus dilectis, graciam suam et omne bonum. cum monasterium sanctimonialium., Abbatisse et conuentus Porcheten. per diuos Romanor. Reges et jmperatores predecessores nostros. pro diuini cultus exercicio institutum sit, dotatum ac fundatum, cuius statum tranquillum, vt persone ibidem degentes. deo liberius valeant famulari, sincero diligimus ex affectu fidelitatem vestram monemus et diligencius exhortamur. quatenus., Abbatissam et conuentum monasterii porchet prescripti, sub vestram recipiatis defensionem. Non permittentes eas. nostra et jmperii suffulti auctoritate. a quocumque. sine causa vel jure, in suis rebus, redditibus et juribus opprimi vel quomodolibet molestari. jn quo reuera nostre celsitudini exhibebitis obsequium valde gratum. Datum in ciuitate Frising. vicesima quarta die mensis septembris. Anno dni. millimo. trecentesimo. tricesimo sexto Regni nostri anno vicesimo secundo. jmperii vero nono.

Reichs-Siegel an einem Pergament-Streifen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

322.

Ludowicus dei gracia Romanorum jmperator semper augustus. Prudentibus viris. . judicibus scabinis. . consulibus magistris ciuium. et vniuersis ciuibus Regalis sedis sue Aquen. suis et jmperii fidelibus dilectis, gratiam suam et omne bonum. jmperialem celsitudinem per amplius sublimari credimus, et honorem jmperii adaugere. dum fidelibus nostris bene meritis condigne retribuimus, vt eo laudabili exemplo, ceteros ad obsequendum nobis, et jmperio graciosius innitemus. Ea propter vobis ciuibus predictis. . fidelibus nostris dilectis, supplicationibus johannis dicti de Eijghorne. johannis dicti de Roijde, et Alexandri dicti de Sürse, vestrorum conciuium, fauorabiliter inclinati, de dono et fauore gracie specialis, omnia et singula jura, priuilegia, libertates, gracias, donaciones et laudabiles consuetudines, a nobis, et diuis Romanor. jmperatoribus, vel Regibus nostris predecessoribus, vobis concessas, vel concessa, factas, aut facta et quibus hactenus vsi fuistis, presentis scripti patrocinio imperpetuum valituro, jmperiali auctoritate approbamus, et nunc de nouo, prout temporibus retroactis fecisse meminimus in dei nomine confirmamus, sic quod nullus dux nullus marchio, nullus comes, nullus miles, nulla denique persona alta vel humilis, ecclesiastica vel mundana, vos aut quemlibet vestrum, vel eciam conciues vestros, habitatores villarum infra Bannum miliarem ciuitatis Aquen. situatarum, et ad ipsam ciuitatem, ab antiquo pertinentium, et vnitarum, valeat neque possit aggrauare seu contra premissa quomodolibet molestare, et quod huiusmodi ville infra bannum miliarem, Aquen. site, cum suis attinentiis quibuscumque, et cum habitatoribus earundem, vobis et ciuitati Aquen. annexe prout vsque in hodiernum diem fuerint, permaneant et vnite, sic videlicet, quod ipse ville cum suis pertinentiis quibuscumque, aut habitatores earundem, se nunquam a vobis seu a ciuitate aquen. auerti, separari, seu per quemquam alienari valeant quoquomodo, si vero aliquis, seu aliqui, quicumque fuerint, a nobis, seu predecessoribus nostris, aliquas in contrarium obtinuerint litteras, quauis specie, seu quacumque forma verborum concessas, has quidem penitus et specialiter reuocamus, et eas nullam habere volumus roboris firmitatem, propter bonum pacis, et honorem jmperii, pariter et profectum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbationis et confirmacionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. siquis autem hoc attemptare presumpserit, grauem nostram indignacionem et penam ducentarum librarum auri puri, quarum medietatem fisco nostro, reliquam vero medietatem passis iniuriam applicari volumus, se nouerit incursurum. jn cuius rei testimonium, presentes conscribi, et sigillo nostre maiestatis iussimus communiri. Datum Franchenford in crastino ascensionis domini. Anno domini millimo. trecentesimo, tricesimo, sexto. Regni nostri anno vicesimo secundo jmperii vero nono.

Kaiserl. Siegel in gelbem Wachs an blau- und roth-seidenen Fäden.

323.

Ludowicus dei gracia Romanorum jmperator semper Augustus. Prudentibus viris. . judicibus. . scabinis. . consulibus. . magistris ciuium. ac vniuersis ciuibus Regalis sedis sue aquen. fidelibus suis dilectis, graciam suam et omne bonum. jmperialem celsitudinem peramplius sublimari credimus, et honorem jmperii adaugeri. dum fidelibus nostris bene meritis, condigne retribuimus. vt eo laudabili exemplo, ceteros ad obsequendum. jmperio graciosius inuitemus. Ea propter, predictorum ciuium, fidelium nostrorum, dilectorum precibus fauorabiliter inclinati, ipsis omnes libertates, gracias, et donaciones, seu quelibet priuilegia siue iura. per nos. predecessoresque nostros concessas et indultas, tradita vel concessa, super quibuscumque rebus, et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

specialiter super Theoloneis seu assissiis, karradiis, vectigalibus, seu etiam aliis iuribus, quocumque nomine vocentur. ab eis, per quemcumque non recipiendis, prout transactis temporibus, per nos, predecessores nostros, eis sunt rationabiliter, tradite vel concesse, ex nouo de plenitudine jmperatorie potestatis pleno iure specialiter confirmamus, et in dei nomine approbamus, et presentibus innouamus. Harum serie litterarum. jn cuius rei testimonium presentes conscribi. nostreque maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum in Franchenfurt sexta die mensis Augusti. anno dni. millimo. trecentesimo tricesimo octauo. Regni nostri anno vicesimo quarto. jmperii vero vndecimo.

Kaiserl. Siegel in gelbem Wachs an grün- und roth-seidenen Fäden.

324.

Nos Wilhelmus marchio juliacen., notum facimus vniuersis presentes litteras visuris et audituris, quod cum honesti viri scabini ac vniuersi ciues Regalis sedis aquen. amici nostri dilecti, Gabrieli de monte magno, Leoni, ottiuo ac eorum sociis Lombardis, mercatoribus, quasdam litteras ad nostras preces dederint, et conditiones in ipsis contentas, sigillo sue vniuersitatis sigillauerint et confirmauerint expresse, promisimus et promittimus, eosdem ciues vniuersaliter et singulariter bona fide, de omnibus jmpeticionibus, jnfestacionibus, dampnis seu incommodis quibuscumque, que et quas ipsi ciues occasione dictarum litterarum et condicionum in ipsis contentarum, incurrere possent quoquomodo, releuare et penitus indempnes conseruare, sine omni dolo. jn quorum testimonium. sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Datum sabbato post festum bti. Martini hiemalis. anno dni. millesimo. CCC. tricesimo octauo.

(Sigillum apruptum.)

325.

Jn Name des Vaders, ende des Süns, ende des Heylgengeystes Amen. Wir.. Rygthere.. scheffene.. Rayt.. Bürgermeistere ende.. Bürgere gemeynlige des künnenkligen Stuylz van Aychen Vm gemeyns Vrbers Vreden ende Gemaygs wille alle der Bürgere van Aychen, ende oych vm Eyndregtgheyt vnser alre, so hayn wir myt güyden Vürrayde, ende myt ganzer Eyndregtgheyde vp gesat dese Punten dye hey na geschreuen steynt Dat eyrste Pünt is dit. Were dat Sagge, dat eynge Zweyünge of vploysfinge veyl tuschen eyngen Bürgeren van Aychen da Got vür sin müysse jn wat Maneyren dy Zweyunge of dy Vploysfinge were, de da deme anderen mysdeyt, dy Mysdayt si sy groys of si sy kleyne, de dy deyt, de sal sy alleyne arnen ende besseren, ende neyman anders ende ym deyser Mysdayt wille, wilgerkünne de sy, so en sal sich Neyman hoysen noch Wäpenen, mer man sal dar af küyren, na der stede Reghte van Aychen. Ende hoysde sich of Wapende sich eyman hey enbouen, de dat dede, ende alle dy bi oyme gewapent weren, de ende dy, solen alle vsser der Stat, ende vsser deme Righe van Aychen sin eyn gans jar ende solen, darzü des Küyren Regth liden, wannee der Kuyr dat gepurt hayt, we dy alle sin. Vortme so wilg Bürger de verküyrt wirt, der geyn deme he gegeuen wirt, ende da he af verküyrt wirt, noch sine vrünt, dy ensolen da egeyne Wräyge dün, si enhayn zeyrst den.. Reygtere gebeden. Dat he den Man mane in sinen Küyr, ende si en hayn sich zeyrst der bekleyrt myt deme.. Rygthere, of mit den.. Bürgermeysteren. of der Rygther den man neyt manen en wolde. Ende were dat Sagge, dat sy id dar zü deden en sy sig bekleyrt hedden, da solde man of küyren geligerwis, of as sy neyt zesamen zedün in hedden. Ende as sy sich bekleyren vür den .. Rigthere, of vür dy .. Bürgermeystere, da solen sy zweyn Bürger

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

binemen, dye des oere gezüg syn. Ende op den dag as sy dat dünt so in solen sy des dages niet dar zü dün. Mer na deme dage deden sy dan darzü id, da mede in mysdeden sy niet intgen den Küyr. Nog dy vrünt in solen dat niet andere. Ende were dat Sagge dat eyman anders, de des Mans mayg van deme der ander verküyrt is, niet inwere, deme verkürden Manne id dede, de sal sich versumen vp des Küyren Regt de dat deit. Vortme were dat Sagge dat eyman den anderen doyt slüyge da got vür sin müysse, der geyn de den Doytslag deyt, geyt der Küyr vp öme de sal sin hündert jär ende eynen dag vsser der Stat ende vsser deme Riche van Aechen. ende sal dar zü des küyren Regt liden. Ende worde de Man de den doytslayg gedayn hayt, geuangen ende begriffen in deme Riche van Aechen binnen der Zyt dye hey vür genomt is, so sal man van denen Manne rygthen geliger wis, as man gedayn hedde of he vp den eyrsten dag begriffen ende gevangen were worden, dü he den doytslag dede. Were euer dat Sagge dat de selue Man binnen der zyt dey hey vür geschreuen is in dat Righe van Aychen gayn wolde of queme, ende worde eyng ander burger van Aychen mit oyme da inbinnen deme Riche vp werpende, of wolde he myt eyngen Bürger binnen deme Righe van Aychen vp werpen, so ensal noch en mag de Bürger syg neyt versumen an deme seluen Manne de den doytslag gedayn hayt. Ende were dat Sagge, dat eyman den Man de den dotslag gedoyn hedde, vs füyrte vsser der Stat, ende deynen Manne gestünde myt gewapender hant, dye gene dye dat dünt, dye solen alle in den seluen pünt sin, da der geyn in is, de dey dayt gedoyn hat. Vortme were dat Sagge dat eyman den anderen wont sloyge. der geyn de dat dede de soldę gaen vsser den Wege, ende he en solde neyt gayn vp der straysen, id en were in eynen hantvrede, of in der stede vrede, gesat, of da in were af geküyrt. Ende geynge he vp der Strayse ze vreuel, ee dit gevreyt were, of ee dar af geküyrt worde, so solde he, ende alle dye myt oyme gyngen, also ze vreuel, vsser der Stat, ende vsser dat Rige van Aychen sin eyn gantz jar. Wannee der Küyr dat gepurt hedde, we dye alle weren, ende dye solen oyg des Küyren Regt darzu liden geligerwis as der geyn de deyse dayt gedoyn hayt. Ende were dat Sagge dat man neyt wale en wiste, we dye Wonde gesleggen of geslagen hedde, ende der geyn deyt dan gedoyn hedde wolde vp der Straysen goyn also as he des vnschüyldig were, ende worde he dan verzügt in den Küyr, dat heyt gedoyn hedde, ende he dar af verküyrt worde, so sal he vsser der Stat ende vsser dat Rige van Aychen sin eyn gantz jar. ende sal darzü des küyren Regt liden. ende were dat Sagge dat der geyn de dese wunde geslagen of gesteggen hedde, gehoyrsam were, ende geynge vsser den wegen in eyn Hüys of in eyne Matate, wolde dan der geyn de da wont were, of sine mayge of sine Vrünt, den süycken in dat Huys of in die Matate, do soldeman af küyren geliger wis, af as der geyn den sy dö suycten neymanne gewont in hedde. ende as der küyr gepurt hedde, we dye weren, so solden sy, dye da verküyrt worden des neystes dages dat man geküyrt hedde, darzü vsser der Stat, ende vsser dat Rige van Aychen sin eyn ganz jar. Ende vm dys Doytslages wille of vm deyser Wonden wille, of oyg vm eyngerhande Saggen wille dye hey vür genümt sin, so ensolen dye vrünt noch dye mayge van beyden partyen, egeyn viantschaf hauen noch halden. Mer sy solden gayn ende stayn by eyn as güyde gevründe, of as des neyt gescheyt in were. Vortme were dat Sagge dat eyman herweder dede des got neyt genen in müysse, also, dat hee eynen vnschüyldigen Man ayn verdegede myt Worden in eyne Werwrayge, so dye wort geyngen ze sinre eeren wert, de solde sin eyn half jar vsser der Stat ende vsser dat Rige van Aychen, neyt weder in zekomen, he en hedde dat verbessert na rayde des Raytz van Aychen. ende solde darzü des Küyren Regt liden. Were oyg dat Sagge dat eyman eynen anderen vnschüyldigen Man sloyge an sin kinbacke, of myt der vüst, in eyne wederwrayge de solde eyn gantz jar vsser der Stat van Aychen ende vsser dat Rige sin, neyt weder in zekomen, he in hedde dat verbessert na rayde des Raitz van Aechen, ende solde darzü des Küyren Regt liden. Were euer dat Sagge dat eyman eynen anderen vnschüldigen Man sere quetzde myt eynen klüppel of myt eynen

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Steyne. oyn offen Wonden, in eyn Wederwrayge, de solde sin anderhâft jar vsser der Stat ende vsser dat Rige van Aychen, neyt weder in zekomen, he in hedde dat verbessert na Rayde des Raitz van Aychen, ende solde darzü des Küyren Regt liden. Were oyg dat Sagge, dat eyman eynen anderen vnschuyldigen Man in eyn Wederwrayge jagede in eyn Huys, ende in dat Hüys oyme na volgede, de sal zwey jar sin vsser der Stat ende vsser dat Rige von Aechen, neyt weder in zekomen he in haue dat verbessert na Rayde des Raytz van Aychen, ende sal darzü oych des Küyren Regt liden. Were euer dat Sagge, dat eyman eynen anderen vnschüyldigen Man wonte, de dat dede in eyn Wederwrayge, as meynge Wonde as he oyme stege of sluyge, as meynge dri jar solde he vsser der Stat, ende vsser dat Righe van Aechen sin, neyt weder in zekomen he en hedde dat verbessert na Rayde des Raytz van Aychen, ende solde darzü oych des Küyren Regt liden. Ende stuyrüe de wont man binnen veyrzig dagen, so solde de, de dye Wonde gesteggen of geslagen hedde hündert jar ende eynen dage vsser der Stat ende vsser dat Riche van Aechen sin also as dat, vpgesat is. Mer leefde de wonde man ouer veyrzig dage, so moygte der geyn de dye Wonden gedoyn hedde, dat verbesseren den Vründen na Rayde des Raytz van Aechen, ende solde vort sine jar vs bliven ende solde oyg des Küyren Regt liden. Ende alle deyse Pünten dye hey vür geschreuen sin, dye salman alwege zeyrst püren myt den Küyren, also dat man neymanne vnregt in duy. Ende eyn ywerlich sal na sinre Mysdayt, des Küyren Regt darzü alwege liden. Vortme weyr dat Sagge dat eynge Zweyunge, of Zwist geueyl tushen eyngen Burgeren van Aychen, da Got vür sin müsse, so moygen der.. Rygther, ot dye.. Bürgermeystere sunderlingen, of semenkligen, der Stede Vrede gebeyden den Partyen ze Huys, ende ze Houe, in der Straysen Vrkunde guyder Lüde, So wannee ende wey dicke der . Rigther of dye.. Bürgermeyster sunderlin, of semenkligen dat willen düyn, ende den Vrede solen dye Partyen steede ende vaste halden, ende so we den brege, de hedde eynen Hant vrede gebroggen. Vortme so wat Pluderayden, sünder Doytslag, ende offen wonden gescheyt, vnder eyngen Kastoyueltz. Da sal de Kastoyueltz bi gayn myt der Wisheyde dye he hayt sunder Partye, also of dat eyman versteygeren wolde, dat he dat beheltnys des Küyren Regt, saysen sal ende setzen zü Bescheydenheyde. ende so wey he dat soysset ende setzet, also salt manlig halden. Ende so we des neyt inhilde, ende dede darweder. so sal de Kastoyueltz komen ayn dye.. Bürgermeystere ende sal ün dat künt düyn. ende dan solen dye.. Bürgermeystere den geynen gebeyden in der Burgerhüys. al do sal he legen as lange, want he dat verbessert na Rayde des Raytz van Aychen. Vortme were dat Sagge dat eyng Man, de vm eynger Mysdayt wille vsser der Stat ende vsser dat Riche van Aychen gesat ende gewyst worde ze eynre Zyt, ende wolde de Man binnen der Zyt dye oyme gesat were, weder in dat Riche myt vreuel gayn, worde he des verzugt myt guyden Gezüge. so sal sin Zyt vp den Dag dat he weder in dye Stat solde komen, weder ayn goyn. ende sal van deme Dage düy he weder in komen solde. also lange busen den Riche sin, as oyme zeyrst gesat was, ende alle dese Pünte dye hey vür geschreuen sin, dye solen alle stayn ende bliuen as lange, want der Rayt van Aechen zerayde wirt. dat he sy eyndregtligen anders saysen ende setzen wilt. Ende dü dese Punten vp gesat worden. Da waren by vnse Heyrren van den Rayde van Aechen. der Namen hey na van Groyschaf zu Groyschaf. eyn ijwerlig in der Groyschaf da he inne wont, geschreuen steynt. jn den eyrsten, in der Groyschaf van Kolneyr Porze. her johan Chorus. eyn Scheffen. her johan Elrebürne. her jacob van Royde, eán Kastoyueltz. her Henrich Ziruel. her Ger. Stute. Arnold Wilde. ende Ger. Hoüt zappel. jtem in der Groyschaf van sint Albrete. Myn heyre her Rycolf van Rodenburg eyn Ryddere, ende eyn Scheffen. her Werner Aynlant eyn Scheffen. her Arnolt Schiffelart eyn Scheffen. her jo. van Hären eyn Weremeyster. her jo. van sent Ailbregt eyn Kastayueltz. Ger. Noyde. Gober. van Kruchuys. jo. Chorus. Gober. Elrebürne. Wil. Beysel. jo. Heeman ende jo. van Lugene. jt. jn der Groyschaf van Wyrisbüngarde. Meyster Arnolt van den Pütze. eyn scryuer. jo. van den Heylengeyste. Mathys Hoyn eyn Kastoyueltz

Mathys van Hoynkirgen ende Symon van Bünroyde. jtem in der Grayschaf von Burschiderporze. her Yuels der Selyger. eyn Scheffen. Juello dictus Yuels. her Lambret Büc. eyn Kastoyueltz. her Gyse van Wysse. Andries van Wysse. ende jo. jn den Beent. jtem jnder Grayschaf van Scharporze. Min Heyrre her Gerart Chorus Ridder eyn Bürgermeyster. her Henrich Chorus. her jo. Hoyn. jo. heren Bertholfs Eynklen. Henrich Kayffleysch eyn Kastoyueltz. Werner van Linghe. Ricolf Nagel. Winant Wageman. jo. Variseys. ende Byckelgyn. Büx Sün. jtem jn sint jacobs straysse. her Reynart Hoyn. eyn Scheffen. her Gober. Hoyn. eyn Scheffen. her jo. van Ertbürg. eyn Scheffen. her Goiswyn. Martini. her Tielman Hoyn. Dyonisius eyn Kastäuels. Alexander von Sürse. Arnolt Kloye. Werner heren Bertolfs Einklen. ende heren Goiswins Sün. jtem vür Künnenxporze. her Lewe van Karsfürt eyn Weremeyster. jo. van Brüege her Henr. Blündeyl eyn Kastäuels. her jo. van Trygt. her Herman Hoysteyn. jo. Buylgin. jo. Grote. Ger. Suysdranc. ende her Henr. van den Pütze. jtem vür Punt her Wolter eyn Bürgermeyster. her Sanders eyn Scheffen. her Cuinne van Moyrke eyn Scheffen. her Kyrstiayn Lewe eyn Scheffen. her Werner van Gürzenich. eyn Kastäuels. her jo. van Royde. her Francke van Royde. her Lodewich van Royde. jacob Colyn. jo. Cristiayn. Goytschalc Hoyn. Goyswyn in Punt. Willem syn Broder. Ricolf van Gürzenig. jo. Volmer. ende jo. Peffer. jtem vür Nüwe Porze. Myn heyrre her Arnolt van Breydenbeint. Ridder ende Scheffen. her jo. van den Eyghorne eyn Scheffen. her Goedart Colyn. Hermann Seylige eyn Kastoyuels. jo. Heycke. Cloys in Molengasse. Conrad van den Eyghorne. ende jo. van der Lynden. jnde in eyn Steytgheit deyser Pünten dye hey in bouen steynt so is jngesegel des künnenkligen Stüyltz van Aechen an dese Breue gehangen. Actum et datum anno dni. M. CCC. tricesimo octauo. jn crastino bti. Thome apostoli.

Stadt-Siegel in gelbem Wachs an einer roth-seidenen Korde.

326.

. . Vniuersis presentes litteras visuris et audituris, nos Waldrakinus, et Menfredus dictus Thijnet fratres dicti Rotarij. Wailwanus et Gabriel de Brolio de Montemagno. Parcheuallus et Richardus de Brolio de Montemagno, Leo et Daniel fratres dicti Othini. Dominicus et Leo dicti Fijole Lumbardi marcatores notum facimus, et tenore. presencium publice recognoscimus, et protestamur, quod nos honestos viros. . judices.. Scabinos.. Consulatum. Magistros Ciuium et vniuersos Ciues Regalis sedis Aquen., de omni obligacione, promisso, et debito, nobis et erga nos a retroactis temporibus factis et prestitis, quacumque forma verborum, in scriptis vel sine scriptis, et specialiter de captiuitate seu detencione familie nostre seu nunciorum nostrôrum, rerum ac bonorum nostrorum in vrbe aquen. facta per magnificum ac jllustrem principem dnum. W. Marchionem juliacen. et ex alijs quibuscumque causis exhortis vsque in hodiernum diem, quitos clamamus liberos et absolutos non coacti, sed sponte et cum bona voluntate simpliciter et de plano bona fide omnique dolo et fraude penitus et omnino exclusis in premissis. Renunciantes insuper omnibus excepcionibus et defensionibus vtriusque juris et facti tam canonici quam ciuilis, que nobis in premissis possent aut deberent quomodolibet suffragari vel prodesse. jn quorum omnium testimonium fidem atque rebur, nos Gabriel de Brolio de Montemagno, Leo Othini, et Leo dictus Fijole Lumbardi mercatores predicti sigilla nostra tam pro nobis quam pro aliis nostris consociis et. . familie nostre presentibus litteris duximus fideliter apponenda. Quod et nos reliqui Lumbardi mercatores et socij predicti omnes et singuli recognoscimus et protestamur esse verum. Datum anno dni. M. CCC. XXXVIII. in crastino bte. Katherine virginis et martiris gloriose.

3 Siegel an Pergament-Streifen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

327.

Os. . Wernerus de Merode, Prepositus. sti. Georgij colon. et canonicus ecclesie bte. marie aquen. notum facimus uniuersis presentes litteras inspecturis, quod domus nostra claustralis, quam inhabitamus Aquis extitit obligata capitulo nostre ecclesie bte. marie predicte singulis annis octo marcis pagamenti aquen. perpetui et hereditarij census, quem quidem censum reemere poterimus et absoluere domum nostram exinde quamcunque nobis placuerit cum centum aureis paruis florenis. jn cuius rei testimonium sigillum nostrum hijs litteris duximus apponendum bona fide absque dolo. datum anno dni. M. trecentesimo tricesimo nono in die bti. Blasij episcopi.

328.

Ludowicus dei gracia Romanor. jmperator semper augustus. Constare volumus presencium inspectoribus vniuersis. quod nos strennuo viro Arnoldo de Schonhouen fideli nostro dilecto propter grata et fructuosa obsequia. nobis et jmperio per eum hactenus fideliter impensa. et imposterum fidelius impendenda. omnia et singula feoda in oppido nostro aquen. et specialiter feodum praxatorium, quod vulgariter Prülehen nuncupatur a nobis et sacro Romano jmperio in feodum descendencia seu descendens. que et quod sui progenitores a diujs Romanor. jmperatoribus et Regibus predecessoribus nostris tenuerunt et pacifice possederunt, cum omnibus prouentibus et obuentibus de solita nostra jmperiali clemencia conferimus, concedimus et eundem ex speciali gracia de eisdem presentibus inuestimus. ita videlicet. quod idem Arnoldus a quolibet praxatorio in oppido nostro aquen. prenotato tociens quociens praxauerit, vnum denarium antiquum aquen. auctoritate nostra jmperiali. nomine feodi recipere valeat. et habere. jnhibentes omnibus et singulis sacri Romani jmperij fidelibus cuiuscumque status seu condicionis existant vel quocumque nomine censeantur. ne quis eidem in dictis feodis aliquam molestiam inferat, vel grauamen quouismodo gracie nostre sub obtentu. jn cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Datum monaci. vltima die mensis februarij anno dni. millesimo trecentesimo quadragesimo. Regni nostri anno vicesimo sexto. jmperii vero terciodecimo.

Kaiserl. Siegel an roth-seidenen Fäden.

329.

Ludowicus dei gratia Romanor. jmperator semper augustus. Vniuersis sacri Romani jmperij fidelibus. presentes litteras inspecturis, gratiam suam cum noticia subscriptorum. dignum censemus, et expediens arbitramur. vt ea que a quoquam per subrepcionem, a nobis fuerint impetrata, hoc scito et cognito, cessemus, et inirritum reuocemus. Quia itaque strennuus miles. Arnoldus de Schoijnhouen, iam pridem in nostre maiestatis presentia constitutus, asseruit se, et progenitores suos, in ciuitate aquen. quoddam feodum praxatorium wulgariter Briwlehen nuncupatum, habuisse, tenuisse et pacifice possedisse, racione cuius a quolibet praxatore, in dicta ciuitate aquen. tociens quociens praxauerit, vnum denarium aquen. antiquum, habere et recipere consueuerunt. de quo eum, iuxta assercionem suam premissam, et instantem peticionem, quantum de iure debuimus inuestiuimus titulo feodali. Verumque consequenter ex parte prudentum virorum. Scabinorum.. Consulum, ac.. Vniuersitatis aquen. prescripte Regalis sedis nostre. coram nobis ostensum est plenius et probatum, prefatum Arnoldum militem, et suum patrem, nec

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

esse. nec habuisse in percepcione vel possessione feodi prenotati, concessionem, et infeodacionem, per uos sibi factam, et quidquid ex inde iuris consecutus est, cassamus, reuocamus, immo cassam et irritam nunciamus, nolentes quod sepedicta ciuitas aquen. et eius jncole, prenominato militi vel suis heredibus, occasione infeodacionis premisse, sibi quidquam dare, aut soluere teneantur. Mandantes nichilominus prenominato Arnoldo militi, et suis heredibus, ac aliis quibuscumque, ne occasione sepedicti feodi. siue iure a ciuitate aquen. quidquam exigant vel requirant. jn cuius rei testimonium presentes conscribi, et nostre maiestatis sigillo iussimus consignari. datum in oppido nostro Franchenford. vltima die mensis Augusti anno domini millimo. trecentesimo quadragesimo. Regni nostri anno vicesimo sexto. jmperij vero tercio decimo.

Kaiserl. Siegel in weissem Wachs an einem Pergament-Streifen. Beschädigt.

330.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris. Nos judex et scabini de Elendorp infra scripti notum facimus et tenore presentium publice profitemur et protestamur. quod constitutus coram nobis et in nostra presentia discretus vir dnus. Sijmon de Elendorp presbijter colon. dioc. sanus et compos corporis sui matura deliberatione et sufficienti prehabita, eo tempore, quo id de iure facere potuit et debuit, et quibus hoc fecit, utile fuit atque firmum. dedit et supportauit donatione inter viuos simpliciter et de plano honorabilibus viris dominis decano et capitulo ecclesie s, Adalberti aquen. Leod. dioc. redditus siue census perpetuos et hereditarios quatuor marcarum aquen. pagamenti perpetuo et hereditario iure de sedecim iurnalibus terre arabilis paulo plus vel minus dictis Pranghendale sitis in territorio de Elendorp inter terras arabiles, que dicuntur Upheim et Nyderheim singulis annis in festo bti. Andree apostoli recipiendos et eisdem dnis. decano et capitulo persoluendos et presentandos, tali tamen interposita conditione, quod prefati dni. decanus et capitulum ecclesie sti. Adalberti post mortem dni. Sijmonis et diem clausit extremum anniuersarium suum in ecclesia sti. Adalberti predicta cum vigiliis et missis singulis annis, perpetuis temporibus cum una marca inter canonicos ibidem presentes distribuenda peragere debent et tenentur. prout moris est, humiliter et deuote, et exuens se idem dnus. Sijmon possessionem dictorum reddituum siue census quatuor marcarum predictarum et quidquid iuris in eisdem habuit. seu visus fuit habere prefatos dnos. decanum et capitulum ac ipsam ecclesiam s Adalberti protinus inuestiuit pleno iure de eisdem et etiam renuntiauit dictis redditibus siue censibus perpetuis quatuor marcarum predictarum cum calamo simpliciter et de plano ad opus et ad vsus predictorum dominorum decani et capituli ecclesie sti. Adalberti aquen. in quorum omnium testimonium fidem atque robur nos iudex et scabini de Elendorp predicti, quia propriis sigillis et communi sigillo caremus. ad preces instantes prefati dni. Sijmonis presbijteri nec non venerabilium virorum dominorum decani et capituli ecclesie sti. Adalberti aquen. predictorum et quia huiusmodi donatio coram nobis et in nostra presentia acta est, prout superius est expressum, rogamus cum affectu venerabilem in cristo patrem et dnum. nostrum dnum. Rijbaldum dei gracia Abbatem sti. Cornelii indensis colon. dioc. sub cuius districtu siue dominio huiusmodi bona, de quibus dicti redditus siue census perpetui et hereditarii soluuntur, sita sunt, ut sigillum suum pro nobis et ad instantiam nostrorum omnium et singulorum his litteris dignum ducitur apponendum. Et nos Rijbaldus dei gracia Abbas sti. Cornelii indensis predictus ad instantes preces judicis et Scabinorum de Elendorp predictorum nec non prefati dni. Sijmonis presbijteri sigillum nostrum maius ex certa nostra scientia iussimus apponi huic scripto. in testimonium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

veritatis omnium et singulorum premissorum. Datum et actum anno dni 1340. Sabbatho proximo post festum Pentecostes.

(Appendebat sigillum abbatiale ex filo serico rubri coloris.)

331.

Wijr johan van der lijnden en johan ende Franke van Rode. büijrgher van Aijghen dün künt allen den gheijnen, dije desen brijef solen sijen of horen, lesen, dat wijr den hersamen orden ende dije brüdere des ordens des hospijtaijls sente marien van jherusalem des düijtschen huijs vür vns ende vnse maijghe ende helphere quijt, ende los, ende ledijct, des ungenallis van deme doijtschlaghe, die geschijt is, an Conrade van der lijnden unse bruder ende unsen neuen van heren Mijchaels wegen van der junckeijt, die des vurgenumden ordens brüder is. ende went wijr diesen vürgenümden orden, ende brüdere unschuldigh kennen en loijten sunder aleijne usgenomen de vurgenümden heren Mijchaele ende wer of he weder us deme hersamen orden in ungehoijrsam in die werlt queme, den moijcht wijr dan die wijle vür unsen doijt vijant halden. üf dat alle diese vürgenümde stücke vast ende stede bliuen ende zü eijner gezüijchnisse der Waijreijt, so haijn wijr vür uns ende vür unse maijghe ende helpere unse jngesegele an dijesen brief gehanghen. dijse brijef wart gegheuen na goijtz gebuijrt, do man schrief dusent drijhundert vijrtzijch jair üp sente gijllis dagch.

(3 kleine Siegel.)

332.

Vniversis presentes litteras visuris et audituris. Nos judex et scabini Regalis sedis aquen. infrascripti notum esse cupimus presentibus litteris recognoscentes, quod constituti propter hoc coram nobis et nostra presentia personaliter viri discreti Hildegerus dapifer de Roide filius legitimus discreti viri Karperen dicti Mulen armigeri pro se ex una parte, joannes dnus. van den Eijghorne et Wolterus in Pont magistri civium aquen. nomine eiusdem civitatis predicte ex altera. idem Hildegerus recognovit et confessus est se vendidisse et dedisse juste emptionis et venditionis titulo eo tempore, quo id bene et de jure facere potuit. ac etiam hoc utile fecit atque firmum, discretis viris dno. Gerhardo dicto Chorus militi et jacobo dicto Collin tunc magistris civium aquen. ad opus et ad vsus eiusdem civitatis aquen. medietatem domus, que quondam fuit dni. dicti Scherveils militi bone memorie site extra portam s. Adalberti aquen. cum vivariis, fossis, areis et viis ad eandem domum pertinentibus perpetuo et hereditarie cum omni jure, prout ipsa medietas domus cum vivariis, fossis, areis et viis ad hanc medietatem domus pertinentibus jacet ibidem in alto et in fundo, in sicco et in humido dextrorsum et sinistrorsum pro certa pecunie summa videlicet pro quadringentis et triginta florenis aureis de Florencia ponderosis, legalibus et dativis de quibus Hildegerus recognovit sibi integraliter esse satisfactum, et bene persolutum.. Et renunciavit ipse Hildegerus cum calamo dicte medietatis domus et aliorum bonorum predictorum, et omnis juris, quod in eadem medietate domus et bonis aliis supradictis habuit, seu visus fuit habere, aut heredes sui habere videbantur ad opus et ad usus civium et civitatis aquen predicte, exuendo se possessione domus et bonorum eorundem simpliciter et de plano. promisit insuper idem Hildegerus sub obligatione omnium bonorum jurium quorumcunque infra civitatem et regnum aquen. sitorum prefatos magistros civium nomine civium et civitatis aquen. de dicta medietate domus cum aliis bonis predictis Warandizare, et Warandam prestare coram domino et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

curia et in omnibus locis, uti ipsis civibus et civitati aquen. tam infra annum, quam extra annum omnem justam impetitionem coram viris et in locis, ubi de jure tenetur deponere et amovere, sic quod per hoc campum non incurrant bona fide, omnique dolo et fraude penitus exclusis in premissis, in quorum omnium testimonium nos joannes de Luge villicus. Richolfus de Rodenburg, miles, johannes de Ersburg, Cristianus Leo, johannes Chorus, Goswinus in Pont, johannes dictus de Brugis, Arnoldus Wilde, et johannes Bertholff scabini Regie sedis aquen. sigilla nqstra ad petitiones partium predictarum una cum sigillo prefati Hildegeri presentibus preappenso his litteris duximus fideliter apponenda. Et ego Hildegerus predictus protestor et recognosco omnia et singula premissa, prout superius sunt expressa esse vera, sigillum meum vna cum sigillis judicis et scabinorum predictorum presentibus litteris fideliter apponendo in testimonium super eo. Datum anno dni 1343. Sabbatho proximo post festum bti. Dionijsii.

(Appendebant 10 sigilla.)

333.

Ludouicus quartus dei gracia Romanorum jmperator semper augustus. Prudentibus et discretis viris,. judicibus,. scabinis,. consulibus.. magistris ciuium. totique communitati Regalis sedis nostre aquen. suis et jmperij fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum. Quia pro seruanda et firmanda ciuitate vestra aquen. sede nostra Regali ad nostrum ac sacri Romani jmperij commodum et honorem. sumptus graues facitis et expensas prout liquido nobis constat. fidelitati vestre in subsidium et releuamen huiusmodi expensarum, permittimus et de speciali gracia concedimus per presentes. vt cuiusquam persone, cuiuscumque status aut preeminencie existat, contradictione aut impedimento non obstante, de communitate vestra quam hactenus possedistis, tam in buscis. pratis. pascuis. aquis et terris, quam eciam in fundis aliis quibuscumque, que, quas et quos. hactenus possedistis, pro communibus vsibus dicte ciuitatis vestre, tam super terram quam sub terra disponere et facere valeatis iuxta voluntatem vestram prout vobis et vestre ciuitati noueritis expedire. jn cuius rei euidens testimonium presentes litteras vobis, ac sedi nostre Regali ciuitati vestre aquen. maiestatis nostre sigillo dedimus roboratas. Datum in oppido nostro franchenforde proxima die dominica ante festum beati Michaelis archangeli. anno domini millesimo. trecentesimo. quadragesimo secundo. Regni nostri anno vicesimo octauo. jmperij vero quinto decimo.

(Kaiserliches Siegel in gelbem Wachs an roth-seidenen Fäden.)

334.

Johannes dei gracia Lothar. Brabancie et Lijmburgie dux sacrique jmperij Marchio notum facimus vniuersis quod nos causas inter nos ac vniuersos homines Regalis sedis aquen. induciauimus et induciamus omnibus modo et forma quibus per nos alias induciate quampluribus vicibus extiterunt usque ad octauas festi Penthecostes proximi affuturi. Mandantes justiciarijs nostris quibuslibet sub nostrarum terrarum districtibus et dominio constitutis quatinus eosdem aquen. eundo redeundo moramque per terram nostram et dominium faciendo permittant libere et pacifice pertransire ipsos in corpore aut rebus nullatenus molestantes durante termino supradicto presentium testimonio literarum sigillo nostro sigillatarum datum Bruxelle mensis aprilis die XVI. anno dni. M. CCC. quadragesimo tercio. per ducem et totum suum consilium.

(Sigil. abruptum.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

335.

